





1332.

1683, 7 a
M

MM

Annuente Divinò Numine
&
Consentiente Superiorum Ordine

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

SUBSELLIIS
TEMPLORUM,

Vulgo
von

Girchen = **S**tühlen /

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI PHILIPPI,

Lipsiensis. J. U. D.

publico Eruditorum Examine

Sistit

Lipsiæ D. II. Novembr. M DC LXXXIII.

Bebhard **M**aris **S**eyffart /

Hal. Sax,

Autor & Respondens.

H. L. Q. C.

Literis JOHANNIS GEORGI.

8.



Templorum Lipsiensium
PRÆSULIBUS Vigilantissimis
VIRIS

Magnificis, Maximè Strenuo, PræNobilissimis, Amplis-
simis, Consultissimis atqve Prudentissimis

DN. CHRISTIANO LAURENTIO ab Adlershelm/
Sereniss. Elect. Saxon. à Consiliis Camerae, Scabinatus L i
psiensis Assessori & Consuli Regenti p. t.
splendidissimo.

DN. JOHANNI FRIDERICO FALCKNERO.
Hereditario in Braunschwig/Jcto, Sereniss. Elect. Sax. Consilia-
rio, Reip. Lips. Proconsuli, Cur. Prov. Supr. Advocato
Ordinario, ut & Comiti Palatino Cæsar.
Excellentissimo.

DN. ADRIANO STEGERO, Jcto, Reip. Lips.
Ædili, nec non Redituum metallicorum ac fodinarum
Mansfeldensium Inspectori gravissimo.

DN. CHRISTOPHORO GEORGIO Schützen/
Jcto, Prælaudatæ Reip. Ædili, & Collegii Sanitatis
Præsidi meritissimo.

Dominis Patronis ac Promotoribus
Optumis, Maxumis

Hasce Studiorum primitias in debitæ observantiæ
symbolum, suiq; commendationem officiosissime
dedicat

Gebhard Paris Seyffart/
A. R.



I. N. D. N. J. C.

Quamvis mihi de edendò quòdam Specimine Academicò haftenus deliberanti, ex spatio Legum nostrarum civilium Campò, varia doctrinæ genera sese obtulerint ventilata digna, attamen, cum jus Ecclesiasticum longè meliora, tractatuq; digniora mihi exhibuerit, placuit tandem ductu *Novell. 115. c. 3. vers. Si enim pro causis*, ex ejus Promptuariò locupletissimo, utilem quandam depromere materiam, eamq; mihi præfigere metæ, Thematisq; locò. Quà dere, cum satis animadverterem, **SUBSELLIA TEMPLI**, in benè constitutâ Republicâ summè necessaria esse, maximèq; utilia, quandoquidem occasionem præbent haud indoneam, Deum ardentius ac devotius colendi, verbumq; ejus attentis percipiendi auribus, nec non impediunt scandala, rixas, & confusiones inter Auditores aliàs in Templis frequentissimas, in animum induci, hanc **SUBSELLIORUM TEMPLI MATERIAM** in formam Disputationis redigere, deq; ejus utilitate, pro viribus differere, quippe quæ tanta est, ut singulis ferme diebus in Consistoriis proluceat, Etenim quis quæso ignorat? Parochianos. Jure quòdam circa Subsellia à propinqvò defunctò relicta, gaudentes, quotidiè invicem acriter certare, innumeros excitare processus,

cessus juxtim ac alterum, alteri in redimendis iisdem ratione Juris prærogativæ, quod intendit, præferri, al- laborare; adeò ut serio exoptandum esset, ut certa lex à summò Principe pro dirimendis Jurgiis circa Subsel- lia Ecclesiastica obvenientib9 promulgaretur. Interim tamen quod passim ex Autoribus congerere licuit, brevibus hisce pagellis includere constitui; Quæ omnia, ut cedant in Dei honorem, proximiq; utilitatem, Omni- potentem omnium rerum Governatorem, calidissi- mis permulceo precibus, velit Conaminibus hisce ex altis benedicere, prosperrimosq; progressus clemen- tissimè largiri. Tu verò, Lector benevole, rogatus esto; velis ea, pro animi modulò hîc opposita, benevolis aspi- cere oculis, & si forte quid minus rectè, minusve con- gruè dictum fuerit, in optimam interpretari partem, non immemor illius: Quod omnium habere memo- riam, & penitus in nullò peccare plus divinitatis, quam humanitatis sit §. 14. ff. de Confirmat. Digestor. ad Senat. omn. popul.

CAPUT I.

De

Subselliis Templorum in genere.

§. I.

DE subselliis Templorum dicturi, pauca de VOCUM ENO- DATIONE præmittenda censuimus, quò non modò ordini recepto satisfaciamus, sed & res ipsa vocum explicatione præmissâ clarius quodammodò pateat; Quemadmo- dum nobis & auctoritas Legum in l. 1. ff. d. Orig. Jur. l. 1. §. 11. ff. d. vent. inspiciend: l. 13. ff. d. reb: dub: l. 1. pr. ff. d. J. & J. l. 1. §. 1. ff. d. pact.

part: pr. Inst: d. testam: Ordinand: & morum, vigorem legum obtinentium § 9. I. d. IN. G. & C, l. 22. l. 33. ff. d. LL. ad stipulatur.

§. II. Duorum itaque vocabulorum præcipue rationem in nostrò Themate habendam esse animadvertimus, SUBSELLII verbum quod attinet, compositum est à præpositione SUB & *substantivo* SELLA, quæ vox à sedendo deducitur *Fabr. in Inlexico. suo sub voce sella,*

§. III, Accipiuntur autem subsellia vel *generaliter*, pro quavis structurâ, ad sedendum aptâ, sive facta sit in loco publico, sive privato, sive sacro, sive profano, vel *specialiter* pro sede in Templis exstructâ, & iterum variè, pro sede *tâm* immobili ut nec suggestum, nec subsellium confessionarium, vulgò *den Beicht-Stuhl* excludamus; *quàm* mobili, contingit enim, quod plura subsellia apportentur, & finitis sacris iterum reportentur, quemadmodum *foemina plebeja* hic Lipsiæ consueverunt.

§. IV. Vocantur subsellia nostra quandoque bona ecclesiastica *Mevius parte V. decis: 408. n. 3. Sella Carpz: lib. 2. jurisprud. Consist: tit. 23. def. 367. n. 1. Exedrae, seu eductæ sessiones, Dn Lincf. in Tractat: d. jur Templ. cap: 5. p. 130. Finkelth. de jure Patr. c. 6. n. 152. Sedilia, Mathias Stephani de jurisdiction: lib. 3, p. 1. c. 14. n. 90. Sedes, allegat: Stephani d. loc: Germanice dicuntur Kirchen-Stühle Kirchenordn: Art: gen: 36. Kirchensitz / Dn. Speidel in specul: jurid: polit: sub. voc: Kirchen-Stuhl: Kirchenbäncklein / Kirchenstände / in Decret: Synodal. Celsissim. Principis Johann. Georg. 1. §. Wenn sich auch Kirchenstände.*

§. V. Hæc de subselliis *quoad* Etymon dicta sufficiant. Succedit nunc vox TEMPLI, cujus Etymologia apud scriptores est ambigua, quam plurimi enim, inter quos etiam est *Carpz lib 2. jurisprud. consist. def. 334. n. 3,* Templum à tuendo deducunt, quasi tueatur cultum atque honorem Dei, *Martinus in lexic philolog.* Templum à *Deus* jus seu justitia, deductum esse opinatur, quia templum justitiæ causâ erga Deum conditur; *Faber in lexic. sub voce Templi* templum à contemplando derivat; quas derivationes in medio relinquimus.

§. VI. Acceptiones Templi HOMONYMICÆ dantur va-

CAPUT I.

rix: fumitur enim 1. pro quovis loco sacro *Martin. in lexic. philologic sub voc. Templ.* 2. pro regione coeli quam Augures, auspicia capturi, lituò suò notabant *Faber. in lexico sub voc. Templ.* 3. pro Cœlo ipso *Terent. in Eunuch. act. iii. sc. V. vers. 42. 4.* deniq; pro loco cultui divino destinato, prouthic loci accipitur; plures acceptiones refert *fusus Dn. Sincf in tract. de jur. Templ. cap. 1. p. 18.* quem hâc de re consule.

§. VII. **TEMPLUM ALIO NOMINE** vocatur *Domus DEL, judic. 20. v. 18.* *Domus spiritualis, prior Pet 2. v. 5.* *Sanctuarium, Exod. 25. v. 8.* *venerabile concilium, l. 1. C. d. S. S. Eccles. Oratorium Novel. 123. c. 18. & Novel. 131. c. 7.* *ædes sacra, citat. Faber. in lexic sub voc. ædes. Sincf in Tract. d. jur. Temp. c. 1. p. 25.* dicitur quoque Collegium clericorum in *tit. C. d. S. S. Eccles. germanicè Kirch.* à græco *κῆρος* dictum. *Ethnici Templum vocabant Fanum, Delubrum, Sacrarium, Sacellum. uti demonstrat Cornel. Nep. in Themist. c. 6 & 7.* *ædes Minervæ Cornel: Nepos in Pausan c. 5.* *Ædes jovis, Mercurii, Dianæ, Concordiæ, laudatus Fabr, in lexico. sub voce ædes.* *Apud nos Christianos dicitur quoque Ecclesia, sed abusive & improprie, ecclesia enim proprie denotat congregationem fidelium c. Ecces. de consecration: improprie verò, pro locò ubi fit congregatio accipitur tot. tit. X. d. eccle: adific. & reparand. tot. tit C. d. S. S. Eccles. n. N. 7. c. 15. §. 1. & Novel. 131 l. 10. Carpz. lib. 2. def. conf. 334. n. 1.* per meton. continentis pro contento.

§. VIII. **Relictâ** definitione nominali, **REALEM** aggredimur, sunt igitur **Subsellia** Templorum certa loca in Templis cultûs divini peragendi, verbumque Dei exaudiendi gratiâ exstructa.

§. IX. **Præmissâ** definitione *diviso* nunc sequitur, **subsellia** itaque commodè **DIVIDUNTUR** in *publica & privata* *Ordinat. eccles. tit. gen. 36. §.* *Was aber von verfassungre. PUBLICA* dicuntur, quæ vel omnibus omnino accedentibus, vel certo alicui collegio, universitati, aut ordini sunt concessa *Carpz. in consistorial. lib. 2. def. 370. n. 1. & SUBDIVIDUNTUR in officialia & communia: HÆC SUNT,* quæ nullis certis personis assignata, sed omnibus, ad cultum divi-

divinum advenientibus relicta sunt, & iterum dispesci possunt, *in propriè*
& impropriè sic dicta, ILLA vocamus, quæ nullâ personarum qualitate
 consideratâ, omnibus tam masculis, quam foeminis sunt vacua, ut
 LOCUS, quem PECCATORUM vocant: HÆC vero sunt,
 quæ certo generi aut ordini sunt destinata, ut puta locus in Tem-
 plo vacuus, cui foemina potissimum hic Lipsiæ assidere consueve-
 runt, vulgo auff den Plake, subsellia communicantium, Doctorum,
 Licentiatorum, Magistrorum, Ambones Studiosorum Studenten
 Porfiriche. OFFICIALIA, sunt Subsellia publica, quæ personis in di-
 gnitate & officiis publicis constitutis permiffa intelliguntur, v.g. in A-
 cademiis. Rectoris Magnifici & Professorum. *Carpz. d. loc. in civitati-*
bus; Principis, Magistratus, Senatorum, Quæstorum & c. in villis; Colla-
torum, Nobilium, Schultetorum & Scabinorum nec non Aedilium Eccle-
siæ Subsellia, Fürstenstühle/ Rathsstühle/ Amtsstühle/ Kirchväter-
stühle *Carpz. d. loco.* imo etiam Carnifici de certâ quadam ecclesiæ
 fellâ! prospiciendum est, pro ut respondit consistorium Lipsiense d. 9.
 Mart. 1624 ad consultationem J. F. Teste. *Dn. Schiltero in Introd. jur.*
can. lib. 2. tit. 7. §. 7. in fin. p. 462. De hisce Subselliis enodanda
 venit QVÆSTIO: An officialium Subsellia redemptioni sint sub-
 jecta? Et quemadmodum ejusmodi fellæ intuitu officii, quod ferè
 perpetuò durat, conceduntur, ita post obitum officialis unâ
 cum officio ad successores ipsius absque redemptione tran-
 seunt. Ex hisce igitur suapte fluit sponte, quod neque heredibus e-
 jus jus concedatur protimiseos, aut prerogativæ, nec aliis possint
 vendi, multò minus à privatis redimi, prout disertè innuit Ordinatio
 Ecclesiastica *art. gen. 36. §. fin. ibi* was aber von verkauffung der
 Stühle ist gemeldet/ daß soll alleine auff die privat Personen/ und
 nicht auff die Gestühle/ die in Städten der Universitât/ oder dem
 Rath/ Hauptmann/ oder andern so in publico officio, in Dörfs-
 fern aber auff die Collatores/ die von Adel/ Schöppen/ Kirchväter
 so besondere Stühle hetten verstanden werden. *Carpz. lib. 2. defn.*
Conf. 370. n. 4.

§. X. PRIVATA Ecclesie SUBSELLIA sunt, quæ ad personas privatas, certasque familias respiciunt, quæ iterum divisionem recipiunt *in hereditaria & non hereditaria*; HEREDITARIA Erbsthül-
 le alias nominata, sunt *vel in specie talia vel familiaria*, ILLA dicuntur quæ jure hereditariò, aut aliò quocunque modò succedentibus sive in, sive extra familiam constitutis patent, arg: eorum, quæ habet Brun-
 nem: *in jure Ecclesiast. lib. 2. c. 2. n. 11. in addition. verb. certa familia p. 350.* puta hic Lipsiæ subsellia, quæ spectant ad Aedes Aurbachia-
 nas den Aurbachischen Hoff/Welschianas, hæ enim sellæ, hisce ædi-
 bus sunt adscriptæ, & hereditariæ D. Schilter *in Introd. jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 6. p. 451.* & ob id non dubitamus, quod ejusmodi sub-
 sellia, cum sint in habentium patrimoniò, alienari possint *arg. L. 11. C. Mandat. Mevius part. 5. decis. 408. n. 1. & in notis p. 853.* modo si ad
 ædes certas sunt destinata, ab iisdem non facilè separentur. Illud
 verò jus hereditarium non præsumitur, sed manifestissimè proban-
 dum, per pacta scilicet cum Ecclesiâ legitimè inita, vel mores locorum
 intercedentes, *Dn. Mevius alleg. loc. in pr. & n. 2. in not.* FAMILIARIA
 verò audiunt quæ tantum certæ familiæ causâ constituta reperiuntur,
 ad quæ alii, qui extra familiam sunt, non admittuntur *arg. l. 5. ff. d. sumpt. funer. ibique Dd.* qui vero ad familiam pertinent, succedunt,
 etiamsi heredes simul non existant, *arg. l. 13 C. eod. & l. 34. ff. d. pact.* qua-
 lia apud nos extant. Ambo Mestelianus, Welschianus ad D. Thomæ
 nec non Subsellia Laurentiana im Templo ad Div: Nicolai or-
 natisimè exstructa, ut & illa Sacraria, quæ vulgo Capeln audiunt, qui-
 bus Ecclesiæ nostræ sunt circumcinctæ.

§. XI. NON HEREDITARIA in ordine nunc sesistunt, quæ ita describi possunt quod sint sellæ, uni certæ per-
 sonæ ad dies vitæ pro justò pretiò, ab Ecclesiâ,
 ad usum concessæ. Kirchen Ordnung articul. gen.
 36. §. Derowegen *vers: sondern re. & in Decret. synodal. de anno 1624.*
 §. weñ sich auch/de quibus in nostrò themate potissimū sumus dictu-
 ri; eaque ipsa iterum dividere licet *in masculina & feminina Ordin.*
Eccles. art. gen. 36 §. Derowegen verb. Es sey Mannes vder Weibes
 Stuhl *Dn. Linck in tract. de jur. Templ. c. 5. p. 131.* illa sunt subsellia ma-
 sculis

sculis, hæc verò foeminis vendi solita; in benè enim constitutis Rebus publicis Sellæ virorum & foeminarum à se invicem sunt separatae, quò evitentur scandala, confusio *Carpz. L. 2. def. conf. 367. n. 1. § 2.* uti non solum in nostrâ sed etiam in primâ Apostolica Ecclesiâ observabatur *Teste Hildebrand, c. 1. § 2. d. sacr. v. E. Dn. Schilter in introd. jur. canon. l. 2. tit. 7. §. 5.* ac denique omnia decenter bonoque ordine fiant *1. corinth. 14. v. 40.* quæ subsellia iterum varii sunt generis, sunt nempè *vel propriè, vel impropiè* talia, hæc plerumque mobilia sunt, quæ mulier plebeja uti supra diximus, secum adfert illa verò sunt vel appensibilia, *die angehenckten Männer und Weiber Bäncklein* vel non appensibilia fundo Ecclesiæ passim imposita *die Männer und Weiber Stühle.* Dantur quoque SUBSELLIA MIXTA quibus masculi partim, partim foeminæ in Templis utuntur, quæ tamen non immeritò ad hereditaria referenda veniunt, cujus occasione decidenda est QUÆSTIO, utrum masculis subsellia foemina concedere liceat? & sicuti confusionibus & scandalis non est indulgendum; ita ob hanc rationem masculi subsellia foeminea redimere audentes, meritò repelluntur *arg. eorum que habet Carpz. in Consistorial. L. 2. def. 367. n. 1.* contigit tamen aliquando hic Lipsiæ, ut subsellium virile & appensibile, mulierum subselliis propè adjectum, defuncti Possessoris Filia concessum, & ita ex virili, foemineum factum fuerit. Cui aliam annectimus QUÆSTIONEM; Num viduus, Sellam uxoris defunctæ, integro luctus annò sibi vacuum reservare possit, ut pro nova demum uxore eandem redimere queat? & cum defunctæ uxoris proximæ consanguinæ, in redimendo sint potiores, ita iisdem invitis, & absque consensu Ecclesiæ & Præfecti, viduo marito hoc indulgendum haud est, sed potius sella consanguinæ, jus protimiseos habenti, legitimòque modò petenti, est assignanda *Kirchen Ordnung art. 36. ibi. sondern da er stirbet re. Decret. synodol. ibi. §. wenn sich die nächsten Erben.*

§. XII. Perlustratis Definitionibus ac Divisionibus, jam ad Subselliiorum ORIGINEM progredimur; Sunt autem subsellia probabiliter cum Templorùm Exstructione introducta, quamvis enim primis Temporibus, sacra tam ab Ethnicis, quàm Christianis in montibus,



Sylvis ac luci; sub diu fuerint peracta teste: Johann: Georg: Nesteu-
 sber in disput. d. Templ. §. 4. circ. finem: successu tamen Temporis
 Ethnici fana ac Delubra, judæi vero, relicto Tabernaculo, splendidis-
 sima Tempia ædificarunt 1. Reg. 5. & 6. conditis itaque Templis, ne in
 cultu divino exercendõ & verbõ Dei exaudiendõ, alter alteri obfi-
 steret, aut forte scandala, confusiones & turbæ exorirentur *Incipit in*
tract. d. jur. templ. c. 5. pag. 131. certa loca, ut unus quisque, absque
 omni periculõ ac incommoditate sacra tractaret sunt exstructa, quæ
 nunc subselliorum Titulõ mactantur Kirchen Ordnung art.
gen. 36. in pr.

§. XIII. Cum itaque Subsella Templi in Parochia sint ne-
 cessaria, maximeque utilia, proinde à Legum Latoribus manifesta jura
 de subselliis disponentia condita sunt, atque sancita; Et quamvis di-
 spositio juris divini, Civilis, atque Canonici expressa circa subsella ec-
 clesiastica nos lateat, argumentõ tamen horum jurium loqui, non eru-
 bescimus 1. Reg. 6. tot. Tit. C. de sacros. Eccles. tot. Tit. X. de Eccles.
 ædificand. & reparand. Novell. 18. c. 5. Quibus expressæ Sanctiones
 Celsissimorum Saxonix Electorum laudabiliter accesserunt; utpote
 Ordinatio Ecclesiastica art. gen. 36. von den Stühlen in der Kirchen/
 cujus verba hic adscribere nobis placuit. Nachdem auch eine ge-
 meine Klage einkommen/ daß hin und wieder in die Kirchen Stühle
 gebauet/dadurch die Leuthe verhindert/daß sie weder den Prediger
 auff der Cankel/noch zu den Altar/wenn das Hochwürdiges Sacra-
 ment außgetheilet wird/ sehen können/ desgleichen auch oftmahls
 solche Stühle in den gemeinen Gängen aufgerichtet/ daß die Leuthe
 für denen selben nicht wohl hin und wieder gehen können. De-
 rowegen soll in der Kirchen/ auff den Dörffern und Städten hins
 führo kein Stuhl ohne sonderlich Vorwissen und Erlaubniß des
 Pfarrers und der Kirchväter gebauet werden. So soll auch kein
 Stuhl noch Stand einigen Mann oder Weibe erblich/ sondern als
 leine auff des Besizers lebenslang zustehen/ oder vergönnet seyn/ und
 soll keiner Macht haben/einigen Stand bey seinen Leben andern zu
 verkauffen/ sondern da er stirbt/ soll desselben/ es sey Mannes oder
 Weibes Stuhl der Kirchen anheim gefallen seyn/ die ihn umb ein
 leidlich

leidlich Geld des verstorbenen nächsten Erben für allen andern gönnen/und da deren nicht vorhanden/ oder nicht darumb bey den Pfarrer und Kirchväter anhalten würden/ ein andern der ihn begehret/ auff sein Leben verkauffen mögen und sollen/ sonderlich aber sollen alle Pfarrer und Kirchväter ein fleißig Aufsehen haben/ und Verordnung thun/daß durch den Bau der Stühle an den Gehör Gottes Wortes niemand verhindert/ noch sich billig darob zu beschweren haben. Was aber von Verkaufung der Stühle ikt gemeldet/daß soll alleine auf die privat Personen/ und nicht auff die Geistliche/die in Städten der Universität/ oder dem Rath/ Hauptmann oder andern/so in publico Officio seyn/in Dorff=Kirchen aber auff die Collatores, die von Adel/und da Richter/Schöppen/Kirchväter besondere Stühle hätten/ verstanden werden. Nec non Decret. Synod. gen. Celsissimi Johann: Georg: I. Elect: Saxon: §. wenn sich Kirchen=Stände durch Absterben und Abzug derer so sie betreten/ und besessen haben/erledigen/so sollen die nechsten Erben solche innerhalb 4. Wochen bey verlust derselben zu lösen/ und der Kirchen das Geld zu entrichten schuldig und pflichtig seyn. Imprimis tamen locorum mores & Consuetudines attendi debent. *Mevius part. 5. Decis. 408. n. 1. secundum quas ante omnia Controversiæ decidantur l. 32. § 37. ff. d. L. L. Philipp. lib. 4. Eclog. 77. n. 4. § seqq. p. 993. l. 3. §. 6. ff. d. Testib. Mev. dict. loc.*

CAPUT II.

de

Exstructione Subselliorum Templi.

§. I.

EXstructionem Subselliorum utilem ac summe necessariam esse, luculentissime constat partim ex præcedentibus, partim ex subsequentibus apparebit; Nam ut audientibus verbum Dei commodior suppetatur Occasio, devotè orandi, verbumque divinum discendi, ejusmodi sella in Templis erigendæ sunt, *arg. 1. Corinth. 14. 11*

B 2

v. 40.

v. 40. ex eò tamen non inferitur quod indistinctè & absolute fabrica Subselliorum suscipienda sit, sed NECESSITAS exstructionis præ Oculis præcipuè habeatur, quam ipsam in subselliis novæ Ecclesiæ imponendis confestim deprehendimus, extra hunc autem casum, si ne movente causâ, vix permittitur eorum ædificatio, quò inclinare videtur *Ordinat. Eccles. Tit. gen. 36. princ. vers. daß hin und wieder ic. inter moventes verò & sufficientes causas primariò refertur INCREMENTUM POPULI arg. eorum que habet Magnif. D. Ziegler, ad Lancelotti Inst. Jur. Can. lib. 2. tit. 18. §. 3. pag. 511. D. Lincé in Tract. de jur. Templ. c. 5. p. 107. nam certis in Civitatibus multitudo fidelium adeo excrevit, ita ut subsellia Ecclesiastica cæteris Parochianis vix ac ne vix quidem sufficiant, quare de novâ novorum subselliorum exstructione Ecclesiæ Curatores curam præcipuè habeant, uti haud pridem contigithic Lipsiæ in Ecclesia ad Div. Nicolai, ubi ob augmentum Parochianorum, eorundemque gratiam novos Ambones exstructos videmus*

§. II. Antequam ad ædificationem Subselliorum ipsam nos accingamus, operæ pretium nos facturos existimavimus, si in illos præprimis inquiramus, quibus ædificandi facultas competit? & certum est, quod EPISCOPUS (sine cujus Autoritate subsellia exstrui nequeunt *Stephan. d. jurisdict. lib. 3. part. 1. c. 14. n. 88.*) aut ILLE, qui Episcopali jure gaudet, NECESSITATEM EXAMINET, an ad exstructionem subselliorum ad sit locus congruus & utilis *arg. c. 28. XVI. quest. 7. Novel. 17. c. 1 & ne fortean reliqui Parochiani à verbî divini auditu propterea impediuntur Ordinat. Eccles. Art. gen. 36. §. derowegen verb. daß durch den Bau der Gestühle ect. an quoque sumptus in ærariò Ecclesiasticò adsint sufficientes d. Ordin. Eccles. Art. gen. 32. §. damit aber in verb. so soll vor allen Dingen ect D. Sincelthaus de Jur. Patronat. cap. 4. n. 86. in medio pag. 101. Dn. Lincé in Tract. d. jur. Tem. c. 5. n. 18. p. 109. Insuperque in ædificandis subselliis non omittatur consensus eorum, quibus cura Ecclesiæ incumbit, utpote Provisorum rerum Ecclesiasticarum, Præfeti Ecclesiæ Kirchväter/ Kirchen-Vorsteher l. 1. §. fin. ff. nequid in loc. sac. fiat Eckolt. ad d. Tit. ff. §. 2. ita tamen, ut primariò Superintendententi aut*

aut Pastori Ecclesiae Inspectio competat Kirchen Ordnung: *Art. gen. 36. §. Derowegen re. verb. ohne sonderlichs Vorwissen re. Carpz. in Jurisprud. Consist. lib. 2. tit. 23. def. 359. n. 14. Sinc in allegat. Tract. d. jur. Templ. c. 5. p. 120.* adeoque si Aediles Ecclesiae absque consensu superiorum fabricam susceperint, & ob id aliis praedjudicaverint, possunt per praecipuum ad destructionem subselliorum iterum adigi; quemadmodum Consistorium Lipsiense in causa R. A. den 27. Febr. 1679. decrevit: verb: Also begehren in Nahmen des Durchl. Churfürsten wir hier mit an euch/ ihr wollet besagten Kirchenvorsteher nochmals ernstlich aufflegen/ daß er sich obangeregter Verordnung gemess bezeige/ und das libelirte Bäncklein also fort ohne ferneres Erinnern wieder abreißen lassen wolle re.

§. III. Hisce, qui consensum in aedificandis subselliis adhibere debent, consideratis, acturi nunc quoque sumus de iis, qui SUMPTUS ad exstruenda subsellia PRÆBERE TENENTUR, ubi ante omnia respiciendum est ad statuta locorum eorumque consuetudines Weichb. *Art. 24. in fin.* & si laudabilis ille introductus fuerit mos, ut Parochiani suis sumptibus subsellia aedificent, ei merito est inharendum *arg. l. 31. §. quia assidua ff. d. Aedil. Edict. l. 33. ff. d. LL. cum ante omnia inveterata consuetudo sit attendenda l. 1. §. ult. ff. d. vent. insp. l. 3. §. ult. ff. de Testib. l. 34. ff. d. R. I. tot. l. 32. & seqq. ff. de LL.* & hoc non immerito, reditus enim Ecclesiae potius augendi sunt, quam minuendi *Carpz. lib. 2. Jurisprud. Consist. tit. 23. def. 360. n. 6.* Tali autem consuetudine deficiente, ipsa Ecclesia ad subselliorum structuram regulariter est obligata, & sumptus ex arario Ecclesiastico depromendos esse docet *Ordinat. Eccles. Art. gen. 32. §. Damit a ber re. verb. Der Kirchen Vorrath re. Carpz. dict. loc. def. 338. n. 7. Sincelthaus d. jur. Patron. C. IV n. 86. p. 100. Sinc in Tract de jur. Templ. p. 115.* Ecclesia enim ex subselliis capit lucrum, ergo onus subire, non recuset *L. unic. C. d. caduc. toll. l. 10. ff. d. R. I. Math. Stephan. de Juris dict. lib. 3. p. 1. c. 14.*

§. IV. Quando autem reditus ecclesiae non sufficiunt, tunc in subsidium ad aedificationem subselliorum CONTRIBUERE DEBENT PAROCHIANI *Ordinat. ecclesiast. Art. gen. 32. verb.*

Wo aber dasselbe in Finckelthaus *d. jur Patron. c. 4. n. 86. circa fin. p. 101. Klock de contribut. c. 2. n. 52.* & quidem omnes, cujuscunque sint status & conditionis, nullâ differentiâ adhibitâ, sive Nobiles sint, sive Ignobiles, sive Laici, sive Clerici, sive Divites, sive Pauperes, sive Rustici sive Urbani, nec non Mansarii, inquilini, Hortulani, imo etiam Ji, qui diversos agnoscunt Magistratus Ordinatus. Ecclesiast. Art. gen. 32 §. Damit aber in vers. ob sie gleich in sed de Filialistis **QVÆRITUR** an illi contribuere debeant. Et distinguitur; *Aut* peculiarem in suo pago habent ecclesiam suis sumptibus ædificatam, *aut* non, **PRIORI CASU** ab onere contribuendi videntur esse immunes, nemo enim duplicatô onere gravandus est *l. 14. ff. d. offic. procons. l. 24. C. d. pœn. l. 4. §. 2. ff. ad l. Rhod. d. jact. POSTERIORI VERO CASU* ad contribuendum sunt obstricti, tunc enim utuntur Ecclesiâ matre, ejusque Subselliis, mediantibus quibus commodum percipiunt, pascuntur enim in æde sacrâ cœlesti & spirituali, nec non saluificô cibo ac potu, *Carpz. l. 2. D. conf. 339. n. 9. & seqq. Finckelth. d. jur Patron. c. 4. n. 84. inf. p. 100. Linck in tr. d. jur Templ. c. 5. p. 115.* Parvum ergo hoc in commoditatis non recusent. *l. 10. ff. d. R. I. l. un. §. 4. C. d. caduc. toll. §. 3. I. d. emt. vend. §. un. I. d. leg. Patr. Tut.* quare Parochiani pauperes, qui pecuniam ad extruentionem subselliorum suppeditare nequeunt, cogi possunt, ut manibus, pedibus, equis & sic deinceps operas & servitia præstent, *Dn. Finckelth. alleg. loc. p. 101.* nec obstat, quod Autor allegatus ibi loquatur de ipsius ecclesiæ ædificatione, siquidem ob paritatem rationis hoc etiam de structura subselliorum intelligendum erit, *Linck. in tr. d. jur. Templ. p. 126.* quâ occasione **CONTROVERTIUR** an forensis, qui bona immobilia in eo locô, in quo ædificatio subselliorum necessaria est, possidet, ad extruendum contribuere teneatur? & negantium castra illicô sequimur, hâc ratione admoniti, quod hoc onus contribuendi non sit merè reale, sed mixtum, quod principaliter personam obligat, qui igitur forensis, parochianus tamen non est, is à contributione erit immunis, *Klock d. contrib. c. 10. sect. 1. n. 57. seqq. Carpz. l. 2. D. conf. 349. n. 10.*

§. V. Quod hactenus dictum est, Ecclesiam regulariter subsellia suis ædificare debere sumibus, id tantummodò intellectum volumus de subselliis privatis, & de iis, in quibus Ecclesia verum habet Dominium, & utilitatem, commoditatemque ex iisdem percipit. Ex his igitur sicut sponte, subsellia hereditaria, officialium, Familiaria, non debere extruere, quoniam ex illis nil lucri & commodi sentit, ergo incommodum habere nequeat, *l. 1. §. 17. ff. ad. Sct. Treb. l. 102. §. 3. ff. d. leg. 3. Dn. Carpz. D. conf. 371. n. 9.* nisi forte Ecclesia de lucro quoque capiendo cum toto Collegio convenerit *Carpz. d. l.* aut aliud consuetudine loci ejusque statutis introductum fuerit, consuetudinis enim magna est vis, & habet vim legis ac privilegii, *2. C. quæ sit long. consr. l. 1. §. f. ff. d. aq. & aq. plur. arc. Finckelth. ld. jur. Patron. c. 4. n. 93. circa fin. p. 104.*

CAPUT III.

De

Personis Subsellia acqvirentibus.

§. I.

Subsellia Templorum quoad existentiam vidimus, videndum nunc erit, ne personis inhabilibus eadem concedantur, quæ de re de personis subsellia acqvirentibus breviter acturi sumus; Acqvirere autem subsellia possunt ii, qui vulgo PAROCHIANI audiunt *Ordinat. Eccles. Artic. general 36.* cum illa, ad eorundem usum præcipue sint extructa *Mevius part 5. decis. 408. n. 4. & 7.* uti quoque decrevit Consistorium Lipsiense in causa *M. M. P. Mens. Jan. 1682.* hisce formalibus. *Dennoch aber und dieweil dieses nur von den jenigen/ so ihr wesendlich Domicilium hierhaben/ und Parochiani seyn/ zuverstehen ic. ic. ic..* Dicuntur verò PAROCHIANI à Parochiâ, quod vocabulum à verbò græcò *παροικειν* descendit, & alio nomine Paroeciani à paroecia, sive græcò *παροικειν*, quod est cohabitare, vel juxta habitare, deducuntur, quasi Parochia sit habitatio ejusdem vicinix aut vicinorum, qui unum

unum aliquod commune: Templum, *valerius Andr. Desselius in Erazem. jur. can. tit. de parocciis & aliis parocciianis. quest. 1. pag. mih. 232. Mevius alleg. loc. n. 7.* aut quandam Ecclesiasticam civitatem accolunt *Mev. d. l. germanicè dicuntur Eingepfarte / Pfarfinder. Struv. exercit. 9. Thes. 39.*

§. II. Est itaque PAROCHIANUS SEU PAROECIANUS, qui intra Parochiæ limites animò ibidem manendi habitat l. mox reverti constituit *c. 3. d. sepul. in 6to. Zanger. d. Except. c. 1. p. 2. n. 12. & 18. seqq.* in Jure civili dicitur Incola respectu constituti domicilii *l. 7. C. d. incol.*

§. III. Parochiani DIVIDI possunt in *Naturales & Accidentales*, Naturales sive Originarii dicuntur, qui naturâ ipsâ seu natiuitate Parochiâ gaudent *arg. l. 1. ff. ad Municipal. l. 7. C. de Incol.* quam Parochiam eorum liberi non præcisè ex eò locò ubi nascuntur, sed ubi Pater domicilium habuit, acquirunt, *arg. l. 3. C. de Incol. Dn. Schilter in Introduct. Jur. Canon. lib. 1. Tit. 19. §. 4.* ACCIDENTALES iterum sunt vel *Voluntarii* vel *Necessarii*, Hi ex necessitate constituunt Parochiam *arg. l. 22. §. 1. ff. ad Municipal.* uti uxores nostræ *arg. d. l. 22. §. 1. & l. 38. §. 3. ff. d. Tit.* VOLUNTARII verò audiunt, qui voluntate suâ in locò aliquò sibi præposuerunt, ibidem perpetuò habitare *arg. l. 31. ff. ad Municipal.* Et sic locus dicitur, ubi quis habitat animò perpetuò ibidem manendi *l. 17. §. 13. ff. d. tit.* Qui omnes relati in *Filialistas & Matrilinos* subdividi possunt; HOS vocamus, qui Matri Ecclesiæ, ILLOS verò, filix principaliter addicti sunt *Dn. Schilter in Introd. Jur. Canon. lib. 1. Tit. 19. §. 4.* ad Parochianum itaque requiritur HABITATIO, sive actualis, sive brevi futura, & ANIMUS PERMANENDI, vel proximè revertendi *arg. l. 20. ff. ad Municipal. Dn. Schilter in Introduct. Jur. Canon. lib. 1. tit. 19. §. 4. p. 300.* Proindè *Officiales Principum, Studiosi, milites, Mercatores, Advenæ, aliive forenses*, quia Parochiani non sunt, nec mox fieri intendunt, neque perpetuò ibidem permanere cupiunt, etiamsi per decennium & quod excurrit, aliquo in loco commorati sint, Jure Parochianorum non gaudent *arg. l. 2. C. d. incol. Zang. d. Except. cap. 1. p. 2. n. 19. & 20. item n. 51, & 52.* Quare certum est, quod Ancillæ nostræ
aut

aut Famuli, qui aliunde serviendi nobis gratiâ accedunt, Parochiani non sint, & ob id Subsellia Templi acquirere nequeant, prout Assessor Consistorii Lipsiensis ad consultationem NN. in causa M. M. P. responderunt, mens. jun. 1682. verbis darvor Das Dienstgesinde/welches sich bald hier bald an einem andern Orte befindet/und auffhält/nicht zu achten/dergleichen dann gemelte P. als welche den anziehen nach/weder alhier geboren/noch ihre würrliche Wohnung hat/sondern vor eine Köchin dienet/und also vor eine eingepfarrte nicht zu halten ist/so seydir auch weder derselben das verledigte Kirchenbäncklein/noch dergleichen von andern Orten hereingekommenen Dienstgesinde solche Kirchenstühle zuzuschreiben schuldig B. N. W. Quæ dicta minimè ad Originarios Parochianos alibi domicilium nondum constituentes Eckold. ad Tit. ff. ad Municip. §. 9. sunt trahenda, hos enim subsellia acquirere posse constat, all: LL, & præjudicio.

§ IV. Omnes itaque Parochiani verè tales, cum onus contribuendi ad subsellia ædificanda illis incumbat, eadem acquirere possunt, nulla equidem servata conditionis ac dignitatis differentiâ secundum Regulam: *commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda l. 10. ff. d. R. Jur. §. 3. Inst. d. Emptione & Vendition: modo sint Possessores habiles atque Capaces, nam quidam sunt INCAPACES naturâ, quidam lege, NATURA ut 1. FURIOSI, qui omni destituti sunt intellectu §. 8. Inst. de inutil. stipul. l. 40. ff. d. R. l. l. 124. ff. eod. illi enim, cum aliis Parochianis sint impedimento, quò minus verbum Dei devotò corde audire possint, meritò excluduntur arg. Ordinat. Saxonie Art. gen. 26. in princ. verb. Da durch die Leuthe 2c. & §. Derweggen 2c. verb. sonderlich aber 2c. quibus similes sunt 2. MENTE CAPTI, quoniam & illi sanâ & rectâ ratione viduati sunt l. 25. C. de nupt. arg. l. 2. ff. de inoffic. Testam. l. 28. C. d. episcop. audient. §. 4. l. d. Curator. 3. INFANTES, qui etiam judicio & intellectu carent, & quoque non multum à furiosis differunt §. 10. Inst. d. inutil. stipul. nec finem, cujus gratiâ subsellia conceduntur, adimplere queunt; 4. MUTI ET SURDI simul natura tales, cum & in iis cesset acquisitionis ratio, ergo cessabit quoque Juris dispositio l. 77. §. 20. ff. d. Legat.*

gat. II. l. 52. §. 1. C. d. *Episcop. & Cleric.* Mutum verò tantum subsellia acquirere posse, extra dubium est, quandoquidem is verbum Dei percipere, cultumque sacrum decenter peragere potest; idem quoque de Cæcò æstimandum est, cum nulla adsit prægnans prohibitionis ratio. Quæ omnia tamen limitationem patiuntur in acquisitione mediata, per alios enim utpote Tutores, & Curatores, sedilia prædictæ personæ rectè acquirunt, *Argum. Tot. tit. Inst. per quas person. acquirunt.* Quam obrem Tutor pro infante subsellia petit §. 9. *Inst. d. inutil. Stipul. §. 2. Inst. d. iis per quos agere poss.* Pupillus enim remotò tutore ex propria persona legitimè sellas impetrat, cum hoc actu conditionem suam faciat | meliorem *princ. Inst. d. Autor. Tut. l. 9. ff. eod. modò judicialis disceptatio non interveniat, quam pupillus propter suam inhabilitatem expedire nequit l. 2. C. q. leg. stand. person. in jud. item Curator pro furiosò sub spe sanæ mentis subsellia acquirere, & conservare potest, cum Curatori ejusdem bonorum tuitio incumbat l. 7. princ. ff. d. Curat. furios.* quæ tamen minimè ad Curatorem mulieris Saxonice extenduntur, quoniam ille nullam bonorum administrationem habet *Carpz. Part. 2. Const. 15. def. 33. n. 6.* nisi speciali mandatò simul sit instructus, nam vi mandati etiam Procurator pro Domino §. 42. *Inst. d. Rer. divis.* & intuitu Patriæ Potestatis, Pater pro Filio sedilia Templi postulare, admittuntur §. 9. *Inst. de inutil. stipul. l. 25. ff. d. Evid.* Quid verò DE CURATORE VENTRIS dicendum? Et putamus, quod ille non quidem pro Embryone subsellia acquirere, bene tamen reservare possit; Quod similiter accommodatur AD CURATOREM | ABSENTIS, quam diu enim quis absens est, & in domicilio Originis spem adhuc bonorum habet, nec animum revertendi deposuit, tam diu sellas *tam* proprias, quam jure Protimiseos ad eum translatas ipsi reservare & retinere, summa æquitas svadet; nec enim aspiciendū est, an petens subsellia in locò, ubi sita sunt, perpetuò præsens sit, sed sufficit, quod breve futurū fiat Ecclesiæ membrum, cum parum intersit, jam esse, aut mox fieri velle *l. penult. ff. d. Testam. milit.* unde, quamvis statutis cautum sit, quod aliis, quam Parochianis subsellia elocari non debeant, nihilominus tamen locatio justa erit, & fruetur ejusmodi Petitor absens, brevis tamen futurus illò

illò jure, quò alii Parochiani frui solent, quare, si quis ædes in Parochia emit, animò eas mox incolendi, jura verò Civitatis acquirere, domiciliumque reale constituere adhuc differt, non est excludendus è numero subsellia acquirentium. Prout in causa *Harding Petersen* contra Joachim Hacken den 22. Decembr. 1657. in Tribun: Wismar. decisum fuit *Test. Mec. part. 5. decis. 408. n. 10. 11. pag. 854. Strv. Exercitat. 9. Thes. 39.*

§. V. Inspeximus inhabiles natura, LEGE nunc repelluntur quidam *simpliciter*, quidam *secundum quid*; SIMPLICITER inhabiles sunt in nostris Terris Papiltæ, Calviniani, Apostata, Judæi, Hæretici, et sic porrò, quippe qui qua tales nunquam in Ecclesiam nostram recipi, multò minus sedilia Templi sibi vindicare possunt *l. 10. C. de hæreticis & Manich.* SECUNDUM QUID ab acquisitione subselliorum removentur mulieres, hæ enim fellas masculinas redimere, & vice versâ masculi foemineas impetrare nequeunt arg: eorum quæ habet *Carpz. lib. 2. def. Confist. 367. n. 1. & 2.*

§. VI. Sæpe numerò accidit, QUOD ad sellam Ecclesiæ vacuam PLURES Parochiani, Nobiles nempe ac ignobiles CONCURRANT; & ejusdem acquisitionem intendant, quis itaque eorum sit præferendus? in QUÆSTIONE est: Et quamvis *Carpz. lib. 2. def. Confist. 369.* putet, non invidendum esse Nobilibus Parochianis, si iisdem de subselliis præ aliis prospiciatur, & in eorum assignatione hi aliis præferantur, cum dignitas & status præminentia accedant, unde non parum præcedentia Nobiles præ plebejis habeant, & ob id aliis ignobilibus in redimendis subselliis sint præferendi *arg. l. 1. ff. d. alb. scrib. l. fin. ff. d. fid. Inst: Tutius tamen fortè erit, in ejusmodi negotiis Ecclesiasticis personæ respectum seponere; cui accedit, quod ista prærogativa prohibita videatur a. b. Jacob in Epist. c. 2. v. 2. 3. & seqq. Beat: Brunnem in Jur. Ecclesiastic. lib. 2. c. 2. n. 11. p. 338. Quare, cum jus gratificandi sit penes Superintendentem, Præfectum, aut Aedilem Ecclesiæ, meritò ipsorum arbitrio relictum velim, cuinam subsellia velint vendere & assignare Kirchen Ordnung Art: gen: 36. S. Derowegen 2c. verb: und da deren nicht vorhanden/ einen andern der ihn begehret/ verkauffen/ quod & ipse *Carpz. statuit allegat: def: 369.**



n. 3. & Def: 36. n. 9. & seqq. Aliud tamen dicendum erit de Patrono Ecclesie, aliisque bene meritis, quibus commodior locus non erit invidendus, non ob personæ respectum, sed ob beneficium in Ecclesiam collatum, ut hoc qualitercunque compensetur, secundum justitiæ assensum *Finckelthuf. de jur. Patron: c. 6. n. 152. p. 301. Brunnem d. Jure Eccles. lib. 2. c. 2. n. 11. in fin. p. 338.* Hinc conceditur quoque patrono, ut Exedras, sive eductas sessiones *Alupensise* sui honoris causa sibi exstruat *Tarnov: d. Sac. Minist: lib. 1. c. 16. v. jus utile est p. 181. Fincklth. d. l. Menoch: de recuper: poss. remed: c. 15. n. 45.* Omnibus tamen subsellia petentibus jure protimiseos præferuntur heredes defuncti possessoris ab intestato venientes, si adsunt. *Ordin: Ecclesiast. Art gen. 36. §. Derwegen re. verb: Die ihn umb ein leidlich Geld des verstorbenen nächsten Erben ect. Carpz. lib. 2. def: conj: 367. de quibus infra.*

CAPUT IV.

De

Jure circa Subsellia Templi.

§. I.

JUS circa Subsellia Templi hoc loco nobis dicitur facultas moralis circa subsellia Templi aliquid justè habendi vel agendi *arg: eorum, qua habet Eckolt. ad Tit: ff. d. Rer: divis: & communiter dividi solet in jus in re & jus ad rem l. 30. ff. de noxal: Action: l. 19. princ. ff. de damn: infect: l. 3. princ: ff. de Obligat: & Action: l. 2. princ: ff. de pollicitation: §. IUS IN RE* acquiritur vel modo naturali vel modo civili *l. 13. princ: ff. de Rei Vind: §. 11. Inst: de Rer: division: Ludwel. Exercit: 4. Thes: 5. lit: b. Gaddeus ad l. 23. ff. d. V. S. n. 4. Vult: Jprud: Rom: l. 1. c. 10. Eck: ad t. ff. d. acq: rei. dom: §. 11. modo naturali*

I. OCCUPATIONE.

§. II. Occupantur verò subsellia non quævis, sed saltem communia, per apprehensionem corporalem *arg. l. 3. §. 3. ff. d. A. A. P. de quibus supra c. 1. §. 9. modò sint adhuc vacua, nam, quod quasi nullius.*

lius est, occupantis fit, *arg. §. 12. I. d. R. D.* ita ut semper prior excludat posterius accedentem, per vulgatam regulam: Qui prior tempore, potior jure, *l. 2. §. 4. C. qui pot. in pign.* ob id tamen occupans jus sellarum non ad tempus vitæ acquirat, sed saltem durante cultu divino, finitis autem sacris & facto iterum ejus secessu, sellæ quasi pro derelicto habitæ novis apprehendentibus cedunt, *arg. §. 46. I. d. R. D.*

§. III. SPECIFICATIONE, in qua justitiæ est, ut, si quis ex re aliena non reducibili, §. 25. *I. d. R. D.* bona fide & proprio nomine novam speciem confecerit, confecta sit specificantis, *l. 7. §. 7. ff. d. A. R. D.* ex quibus non dubitamus, quod, si quis in loco sibi ab Ecclesiâ concessio aut vendito sellam ex alieno aslere fabricaverit, aut portabilem, (cujus mentio in *c. 1. §. 3.* facta fuit) partim ex suo ligno, partim ex alieno corio confecerit, sibi eandem acquirat, §. 25. *I. d. R. D.*, & *l. 10. §. 1. ff. quib. mod. ususfr. amit. Job. Althus. in Diæolog. l. 62. c. 8. p. 552.* Itâ tamen ut Domino materiæ detur Actio in factum adversus fabricantem ad consequendam veram rei æstimationem, *Vinn. ad inst. §. 25. d. R. D. n. 6. inf. Hanedoef. Exercit. §. quest. 6. inf. ne quis cum alterius jactura locupletetur, l. 14. ff. d. cond. ind. l. 74. ff. d. R. I.*

§. IV. Præcipuè tamen acquiritur jus subselliorum III. TRADITIONE. Certum enim est, quod non conventionibus, sed traditionibus bona & jura rerum transferantur, *l. 20. C. d. pact.* non autem hic requiritur solennitas canonica, sed ficta traditio sufficit, quando nimirum novus possessor introducit, *wenn er angewiesen wird/* Immobilia enim, (pro quibus subsellia ecclesiastica habentur *Mev. ad. jus lubec. l. 1. tit. 10. art. 6. n. 75. p. 272. Brunnem. injur. Eccles. l. 2. c. 2. n. 11.*) introductione in bonorum possessionem sunt contenta, *l. 3. §. 1. ff. d. A. A. P. Schneidew. ad §. 40. I. D. R. D. n. 2. §. 3.* aut permittitur saltem possessori à Præfecto Ecclesiæ, ut possessionem sellæ vacuam occupet, *l. 26. ff. d. Don. int. vir. & ux. Ludw. Ex 4. th. 10. lit a.* modò titulus ad acquirendum habilis, *l. 31. pr. ff. d. A. R. D. Vinn. ad §. 40. I. d. R. D. n. 4.* nempe venditionis, permutationis, aut donationis præcedat, *l. 26. ff. d. Don. Brunnem. ad d. l. 31. n. 1.* licet autem non facile administratori Ecclesiæ usum cuiusdam

jusdam sellæ alicui DONARE concedatur, *arg. l. 22. ff. d. Adm. & Per. Tut. l. 16. C. eod. ibique Brunnem. n. 14.* cum donare sit perdere *l. 7. §. 1. ff. d. Donat.* id tamen limitatur, si magna utilitas ob id Ecclesiam sequatur, *arg. l. 12. §. 3. ff. d. Adm. & Per. Tut.* puta si singulare beneficium Ecclesiæ à benefactore exhibitum fuerit, cui ob id ab Ecclesia, in remunerationem, utilitas sellæ ad dies vitæ meritò gratis concedenda est, modò judex seu episcopus (qui res Ecclesiæ donare, & in benè merentem per donationem conferre potest, *Steph. d. juris d. l. 3. p. 1. c. 14. n. 59.*) eam liberalitatem approbet, *d. l. 12. & Carpz. p. 2. const. u. d. 45. Brunnem. ad l. 7. ff. d. Adm. & Peric. Tut. n. 5.*

§. V. De modis acquirendi naturalibus non erimus prolixiores, sed quæ forte latius dici potuissent, colligere licet ex latioribus ff. & I. voluminibus, modi nunc acquirendi civiles sequuntur, qui sunt vel universales vel particulares §. 6. *per quas person.* ad particulares refertur USUCAPIO seu PRÆSCRIPTIO, *Ludw. Exerc. 6. th 1. l. a.* & quamvis subsellia in Templis extructa, sint quasi Templi accessorium, & ita tanquam res sacræ usucapionem non admittant, §. 1. *I. d. usucap. l. 9. ff. eod. Eck. ad ff. d. usucap. §. 10.* Verum, cum certa ratione hæc subsellia sint venalia, ita quoque erunt præscriptibilia, *Brunnem. de jur. Eccles. l. 2. c. 2. §. 11.* Quare nemo de sua possessione facillè de jiciendus. *Carp. in jurispr. Conf. l. 2. d. 13. n. 6.* Ubi maximè CONTROVERTITUR; An in præscriptione subselliorum titulo opus sit, & quanquam regulariter in omni præscriptione verus titulus requiratur ad acquirendum habilis *l. 24. C. d. R. V. l. 27. ff. d. usucap. l. f. C. eod.* id tamen in rebus incorporalibus limitatur quàm maximè, ibi enim titulus vix erit necessarius *l. 10. pr. ff. si serv. vind. l. f. ff. d. aq. & aq. plur. arc. l. 5. §. 9. ff. d. itin. actuque priv. cum patientia loco tituli ibi reputetur, l. f. ff. d. serv. l. 1. §. f. ff. d. aq. & aq. plur. l. 1. §. 2. C. d. serv.* nam si titulus accederet, præscriptio forte esset frustranea *arg. §. fin. Inst. de servit. præd. Urban & Rusticor. Ludw. Exercit. 5. Thes. 7. l. f. Magnif. Dn. Schwendendorffer ad Eckolt. tit ff. de servitutib. §. 2. verb. quod affirmandum pag. 283.* & postquam per usucapionem sellæ non Dominium, sed saltem aliquod speciale jus acquiritur, meritò titulum à præscriptione removemus, *arg. L. 10. ff. si servit. vindic. Dn. Strauch*

in Disput. Pandect. 7. §. 20. dissentit Dn. Eckolt ad tit. ff. d. servit. & novissimè D. Brunnem. d. jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 2. §. 11. in Addition. p. 347. quaresi quis sellam neque vi, neque clam, neque præcario, tanquam vacuam possidere inceperit, possessionemque 40. annis contra Ecclesiam, contratertium vero possessorem 30. annis, anno & die in foro nostro non interruptam continuaverit, quin jus subselliorum ad dies vitæ ob id acquirat, non dubitamus cum Carpz. p. 2. Const. 5. def. 1. n. 1. & lib. 1. Ref. 36. Aliud est in jure redimendi subsellia, de quo infra,

§ VI. Consideratò modo Particulari, usufructu nempe, ex UNIVERSALIBUS hereditatem saltem examinare conducit, quæ se diffundit in *hereditatem testamentariam & legitimam D. Struv. in jurispr. Rom. german. forens. lib. 2. tit. 15. aphor. 3. qua occasione videbimus prius, an Testamentò, aut alia ultima voluntate de subselliis Templorum disponere liceat? Quemadmodum autem jus subselliorum ad dies vitæ parochianis tantum conceditur, Ordinât. Eccles. Art. gen. 36. §. Derwegen 2c. verb. sondern allein auff des Besizers lebenslang zustehen/ oder vergönnet seyn 2c. ita quoque sequitur, quod nulla valeat ultimæ voluntatis de iis dispositio, sive fiat Testamento, vel legato, fidei commisso, aut codicillo Carpz. lib. 2. def. 363. ubi tale rescriptum refert, Wann denn H. A. Witben von ihren Kirchen-Stuhle zu disponiren in ihren letzten Wille nnicht befugt gewesen 2c. Johann Schilter in Introduct. jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 7. Brunnem. d. jure Eccles. lib. 2. c. 2. §. 11. p. 388.*

§ VII. Testamentaria dispositio cum in subselliis cesset, de hereditate legitima seu abintestato debita nunc videbimus, Et quamquam certum est, quod in subselliis successio legalis locum quoque non inveniat, cum commoditas eorum tantummodo Possessori, quousque vivit, concedatur, quo per mortem extincto sellæ iterum Templo cedunt *Churfl. Sächs. Kirchen-Ordnung Art. gen. 36. §. Derwegen ibi so soll auch kein Stand erblich 2c. sondern da er stirbt/ soll derselbe der Kirchen anheimgefallen seyn. D. Brunnem. d. jur. Eccles. lib. 2. cap. 2. §. 11. Carpz. in Consistor. lib. 2. def. 364. n. 2c. Linc.*

Linck. in Tract. d. jur. Templ. cap. ult. n. 135. Carpz. part. 3. Const. 18. def. 30. n. 6. Id tamen ad **JUS PROTİMISEOS**, quo prælatio heredibus ab intestato venientibus in redimendis subselliis competit, minimè extenditur *arg. 2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. §. 1. 2. F. 26. §. 5* hoc enim non solum juri divino, *Ruth. c. 4. v. 4. Jerem. 32. v. 7. & 8.* Sed etiam canonico, *arg. c. 8. X d. in integ. restit.* conveniens est, ut bona morientium similia ad heredes transferantur *d. d. l. l. F. F.* quibus accedit æquitas naturalis *l. 8. C. d. judic. l. 90. ff. d. R. I.* maxime svadens, ne paterna, avita, & antiqva majorem subsellia heredibus auferantur, & in manus alienas transferantur *arg. l. 35. ff. de minorib. l. 22. §. nec vero Domum C. de Administ. Tutor;* Cum quibus concordant jura Saxonica in Ordinat, Ecclesiast. *Art gen. 36 §. Derowegen ic. verbis die ihn umb ein leidlich Geld des verstorbenen nechsten Erben für allen andern gönnen ic. & Decreto. Synodal. gen. §. wenn sich auch ic. Carpz. lib. 2. def. Consistor. 365. Brunnem. d. jur. Eccles. lib. 2. c. 2. §. 11. p. 338. Mey. part. 5. decis. 408. n. 8. Schilzter in Introd. jur. Canon. lib. 2. tit. 7. & 8. p. 457. Linck in Tractat. d. jur. Templ. c. ult. n. 136.* modò heredes sint Parochiani, & Proximi, alias nullò gaudent prælationis jure *Mey. p. 5. decis. 408. n. 9. Carpz. lib. 2. def. consist. 366. n. 5.* Ordo tamen successorii Edicti probè observetur, ita ut secundum *Novell. 118.* primò vocentur **DESCENDENTES** aut **LIBERI** *d. Novel. 118. c. 1. Carpz. lib. 2. def. consist. 366. n. 9. & seqq.* cujuscunque sin gradus, sexus, atque conditionis, ita tamen ut fratres germani excludant consanguineos & uterinos, sicuti alias in successione ab intestato fieri solet, *Philip. lib. 3. Eclog. XV. n. 6.* quia consanguineus frater germano uno gradu est remotior *Philip. d. l. n. 10. & seqq.* nunc autem proximior semper excludit remotiorem *arg. §. 1. I. de legit. agnat. succes. LudW. Exercit. 10. tb. 4. lit. f.*

§. VIII. Deficientibus descendentibus, & turbato mortalitatis ordinel. 15 ff. d. inofficioso Testam. vocantur **ASCENDENTES** sive **PARENTES** *N. 118. c. 2. Berlich. part. 2. concl. 39. n. 41.* qui in foro nostro fratres germanos in totum excludunt *Philip. lib. 3. Eclog. 13. n. 6,* & tandem sequuntur **COLLATERALES**, & quidem primò fratres seu foro-

forores, hisce autem deficientibus eorum liberi *d. n. 118. c. 3.* rejecta juris representandi ratione, cum illa præcipue de jure Saxonico in linea collateralis cesset, *Carp. lib. 2. def. consist. 366. n. 9. Philip. lib. 3. Eclog. 17. n. 4.* Planè si proximi sellis vacantibus non opus habent, aut illas redimere nolunt, aut alio modo per præscriptionem (de qua infra) repelluntur, *Decret. Synodal. de Anno 1624. §. wenn sich auch Carp. lib. 2. def. consist. 368. n. 5.* tunc alii in ordine venientes, secundum edictum successorium, sive illud sit ordinis *l. 1. §. 1. ff. unde libr. sive sit gradus, l. 1. §. 10 ff. d. succes. Edict. in infinitum admittuntur §. 3. inst. d. legit. Agnat. successione l. 2, §. 1. ff. de suis & legit. N. 118. c. 3. Ludw. Exercit. 10. D. 4. l. e. f. g.* cum certum sit, quod in jure Proximiseos Edicto successorio locus quoque detur *Andr. Tiraquell de Retract. §. 1. & 14. Struv. in jurispruã. Roman-german: for. lib. 3. Tit. 11. aphor. 31.* Ulterius notetur, quod in redimendis subselliis nulla Agnatorum & Cognatorum differentia subsistat, quippe quæ jure & moribus in totum est sublata *N. 118. c. 4. Carpz. part. 3. Const. 18. def. 30. n. 8.* uti sæpissime Consistorium Lipsiense hisce formalibus decrevit: *denoch aber und die weil die Churfl. Sächs. Kirchenordnung zwischen denen Agnaten und Cognaten keinen Unterschied machet/ sondern einzig und allein gradus proximitatem ansiehet / so hat sich auch der Schwester Tochter hierüber keines Vorzugs zu erfreuen etc. Carpz. lib. 2. def. Consf. 367. nec inter est, an subsellia à masculina, an à foemininã lineã descendant, quemadmodum non linearum sed proximitatis ratio in subselliis omni tempore habenda est, Kirchen Ordnung Art. gen 36. §. derowegen etc. verb. Die ihn umb ein leidlich Geld des verstorbenen nächsten Erben etc. pro qua sententia facit Rescriptum Consistor. Lipsiensis sub dat: Leipzig den 6. Maij 1677. ibi: ihr wollet den Kirchen vorsteher daselbst / daß er das streittige Bäncklein der jenigen Person/welche der Kunkin ohne Unterscheid / ob die Verwandniß von männlicher oder weiblicher Linie herrühre / am nechsten verwandt / zuschreibe/verfügung thun etc. Carpz. lib. 2. def. Consist. 367. n. 7. & 8.*

Quid vero SI PLURES UNIUS GRADUS proximiores unã ad sellam Templi redimendam CONCURRANT? & quemadmodum subsellia divisionem non recipiunt, ita secundum dispositionem Juris

D

Civi-

Civilis, in dividendo iudicio, res sorte dirimenda est *l. 14. ff. d. iudic. l. 24. §. 17. ff. d. fidei C. libertat. N. 162. c. 3. in fin. Carpz. p. 3. Const. 18. def. 30. n. 11. §. 12.* prout scabini Lipsiensis, mense Jan 1634. ad requisitionem Martin Schwarzen zu Leipzig & novissime Assessores Consistorii Lipsiensis ad requisitionem Johann Leen responderunt: wird demnach der verledigte Kirchenstuhl / einen unter obgedachten Personen / weil sie in gleichen Grad der Blutsfreundschaft seyn / überlassen / und da sie sich hierüber nicht vergleichen könnten / werden sie durchs Loß billig geschieden **B. N. W.** Accidit haud rarò, QUOD UNUS CONCURRAT, QUISELLAM jam possidet, & hoc casu ipsi non est invidendum, ut, si altera sella vel affectione, vel situatione sit præstantior, fortis fortunâ, cum suo proximo in simul concurrente tunc gaudeat, & si eum fors tangat, cedat tunc sellam priorem iterum Ecclesie, sicuti Consistorium Lipsiense mens: Octob. 1677. hisce formalibus decrevit: und wird beklagter J. nebst beyderseits Interessenten wegen des Kirchenstuhls zu S. Nicol. mit M. G. durchs Loß billig entschieden / jedoch ist derjenige / so albereit mit einem Stuhl oder Bäncklein versehen / auff den Fall / da in einer der Streitenden Stuhle umbs Loß zu kommen würde / den vorigen der Kirchen wieder zugeben / und anheim fallen zu lassen / schuldig **B. N. W.** Ex prædictis igitur constat luculentissime, heredes omnibus extraneis præferendos esse in redimendis prædefunctorum subselliis; SED QUID SI Præfectus Ecclesie consanguineum postposuerit, & extraneo certò quòdam pretiò subsellium defuncti vendiderit, utrum heres præteritus gaudeat adhuc jure protimiseos? anxie controversatur; & respondetur affirmando, non obstante eò, quod jam dudum venditum & traditum sit, cum jus semel quæsitum alicui invito auferri nequeat *l. final. ff. d. Pact. l. 53. ff. d. iudic.* ita tamen ut Ecclesia priori redimenti prætium restituat, cum nemo cum alterius jactura debeat fieri locupletior *l. 206. ff. d. R. I.* Hinc Consistorium Lipsiense in *Causa J. H. N. §. Jul. 1675.* sequens dedit responsum p. p. Als begehren im Nahmen Ihr Churfl. Durchl. wir hiermit an Euch: Ihr wollet beym Kirchen Vorsteher daselbst / daß er solchen Stuhl gegen Wiedererstattung des dafür von G. W. empfangenen Lösegeldes obbesagten

ten J. S. N. umb die gewöhnliche Gebühren zuschreiben möchte /
verfügung thun.

§. IX. Illud autem JUS PRÆLATIONIS; quò in redemptione subselliorum præ Cæteris fruuntur heredes, non perpetuum est, sed ad CERTUM aliquod temporis SPATIUM id ipsum restringitur, & sicuti de jure Feudali 2. F. 9. §. 1. & 2. F. 26. §. 5. est unius anni, cum quo concordat jus Saxonicum, *Constit. August. 32. p. 2.* ita quoque hoc jus redimendi non perpetuo durat; hinc Illustrissimus Saxo, ne diutius pretiò careat Ecclesia, *Carpz. lib. 2. def. Consist. 368. n. 7.* ad menstruum, sive 30. dierum coarctavit spatium, quò durante, heredes // sellas redimere volentes, nisi jure suò velint privari, accedant, & sibi illas assignari curent, *Decret: Synodal. anno 1624. §.* wenn sich auch ein Kirchenstuhl erlediget / so sollen die nächsten Erben innerhalb **BYER WÖCHEN** bey verlust derselben zulösen / und das " Geld den Kirchvätern zu entrichten schuldig und pflichtig seyn D. Schilter in *Intrad. jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 7 p. 452. D. Linck in Tract. de jur. Templ. C. ult. n. 139. Carpz. lib. 2. def. Consist. 368. n. 5. & seqq. D. Eckolt ad tit. ff. d. Usucap. §. 27. in fin.* Ob id tamen MORÆ PURGATIO MINIME EXCLUDITUR, quò minus heredes redimere volentes, adhuc post præterlapsum menstrui Temporis Spatium admittantur *Tiraquell d. Retract. p. 1. §. 36. g. 2. n. 30.* qua propter, si heredibus adversa Valetudo, Contagium, Inundatio, absentia, defuncti Possessoris, aut ejusdem mutati domicilii ignorantia, aliudve impedimentum legitimum obtiterint, elapsò 30. quoque dierum Curriculò eosdem adhuc admitti statuimus, cum Tempus hujus præscriptionis non sit continuū, sed utile, nec non valenti agere currat, *arg. l. 1. sub fin: C. d. annal. Except. Carpz. d. loc. modò hanc justam excusationis causam prius legitimè probent, aut ob probationis defectum Juramentò confirmet, Dn. Struv. in jurispr. Rom. germ. for. lib. 3. Tit. iii. Aph. 38. pro quo facit Decretum Consistorii Lipsiensis in Causa G. S. und Consorten Kläger an E. Actoren Vormünder J. C. S. besflagter andern th. mens. Febr. 1683. publicatum: Würde Kläger / daß sie erst damahls / als sie diese Klage erhoben / daß E. B. der jüngere in Hamburg sich nieder gelassen / und also sein hiesiges Domicilium*

geendert/wissenschaft erlanget/eyndlich erhalten; so ist beflagter seines Einwendens ungeacht / auff die erhobene Klage zu antworten schuldig. B. N. W. Similiter NON CURRIT Præscriptio menstrui spatii PUPILLIS atque MINORIBUS, quia ob favorem miseræ ætatis piè prospectum est, quod durante pubertate omnis præscriptio dormiat *l. 48. ff. d. acquirep: Dom: l. 4. C. d. pres. 30. l. 40. annor.* hinc infallibiliter putamus, quod Minores, quam diu in tali ætate vivunt, omni Tempore sellæ redemptionem urgere possint, *D. Strur. D. L. lib. 3. Vit. 11. Aphor. 33.* Verum, QVALE TEMPVS post impletam Majorennitatem PRO RESTITVTIONE ipsis sit INDVLTVM? non adeo expeditum est: Interpretes fere communi ore existimant, quod quæstio *ex l. final: C. de Tempor. in integ. restit.* sit decidenda, ubi integrum quadriennium majoribus factis conceditur, quæ lex cum sit generalis, generaliter quoque sit exaudienda *l. 2. ff. d. publ. in rem Act: l. 15. §. fin: ff. d. Testam: milit:* sed forte tentari poterit, quod ejusmodi Personis, non quadriennium, sed tantum MENSURVVM SPATIVM, post majorennitatem pro restitutione permittatur, quia certum est: non debere plus restitui quam abstulit læsio, *Clem. unic: in fin: d. Restit. in integ. Odden d. Restitut. in integ. part: 1. quæst. 19. Art. 4.* & intra illud tempus tantum, quò quis fuit læsus, restitutionem petendam esse, *l. 15. §. 3. l. 26. §. 8. ff. ex quib: caus: Major:* Et hoc non sine ratione, quia Elector eum in finem introduxit menstrui temporis præscriptionem, I. ut compescatur negligentia heredum, eoq; citius extraneis de subfelliis in Templo prospiciatur, 2. ne Ecclesia diutius careat pretiò *Carpz. de fin: Consist. 368. lib. 2. n. 7.* Accedit favor Ecclesiæ, & quod Major ultra quatuor Septimanas in redemptione provehere nequeat, *Decret. Synod. anno 1624. §. wenn sich auch 2c.* Si itaque quis Majorennitatem impetravit, justumque erit, ut tempora majorennibus indulta benè observet, *Bachov: ad Treutl. vol. 1. Disput. 10. Thes. 3. l. b. in fin: pag. 411.*

§. X. Hactenus de jure in re, & iis quæ occasione hujus de jure Protimiseos dicta sunt, percepimus. Sequitur nunc in Ordine JVS AD REM, quod uno nomine vocatur OBLIGATIO, quæ oritur vel *immediatè* vel *mediatè*, IMMEDIATE ex Lege, seu moribus, qui
con-

consanguineis jus Protimiseos indulgent, cujus vigore subsellia ab Ecclesia redimere possunt, Kirchen Ordnung Articul. gener. 36. & Decret. Synodal. all. loc. **MEDIATE** ex factò licitò, vel illicitò, **LICITVM** contingit vel *pollicitatione* vel *Conventione*, **POLLICITATIO** est solius offerentis Ecclesie aut Reipublice liberale promissum, citra acceptationem promittentem obligans l. 1. & 2. ff. d. pollicit. quæ si fit Reipublice vocatur in specie Pollicitatio d. l. 1. si vero Ecclesie Votum audit c. 2. X. d. *Vot.* hinc neutiquam dubitamus, si quis Ecclesie subsellia, aut aliud aliquod exstruere promiserit, quod vi sui voti ad exstruendum sit obligatus dict. l. 1. & 2. ff. d. pollicit. modò promissum non excedat quingentos solidos arg. l. 36. §. fin. C. de Donat. l. 19. C. de Sacros. Eccles. Eckolt ad Tit. ff. de pollicit. §. 10. alias enim judiciali insinuatione opus est §. 2. I. de Donat. Carpz. part. 2. Const. 12. def. 13.

§. XI. **CONVENTIO** est duorum pluriumve in unum placitum Consensus l. 1. §. 2. ff. de Pact. quæ iterum dividitur in *pactum* & *Contractus*. De Jure Civili ex nullò pactò producebatur Actio l. 5. l. 7. §. 4. ff. d. pact. quod tamen moribus immutatum est, ubi omne pactum seriò initum producit & Obligationem & Actionem Carpz. Part. 2. Constit. 19. Def. 17. n. 8. & ita certum est, quod pactis nostra Subsellia hodie quoque promitti queant.

§. XII. **CONTRACTUS**, qui recte *Conventio* cum *Causa* dicitur, concinne dividitur in *verum* & *quasi* §. 2. Inst. d. *Obligat.* **VERUS** expressam cum *Causa* *Conventionem* habens in quatuor genere sese expandit, sunt enim *vel Reales, Verbales, Literales vel Consensuales* dict. §. 2. Ex **REALIBUS** *Commodatum* & *Depositum* saltem examinabimus, **MUTUUM** enim ob inæqualitatem *Objecti* non magnam præbit Subsellis nostris utilitatem, verum **COMMODATUM** quotidiè est frequentius, nam sæpissimè contingit, quod alter alteri sellam suam ad certum Tempus audiendi verbum Dei gratia gratis concedat, ita ut finitò usu eandem integram & incorruptam commodanti restituat §. 2. Inst. quib. mod. de Contrah. Oblig. Sudwell. Exercit. 11. th. 7.



§. XIII. Cum non solum res mobiles, verum etiam immobiles Custodiæ alicujus committi, & in DEPOSITUM deduci queant *Eckolt. ad Tit. ff. deposit. §. 3.* ita nullum meretur dubium, quin per diutinam absentiam aliquis Subsella cuidam deponere, fidei custodiaque ejus commendare possit, quò reversò, Depositarius confestim Subsella restituere cogitur §. 3. *Inst. quib. mod. re. contrab. Obligat.* neque ulla valet Conventio, ut Depositarius sellas ad longius tempus retineat *l. 1. §. 45. & 46. ff. Deposit. ubi Eckolt. §. 9.*

§. XIV. STIPULATIO licet non in totum sit sublata, *D. Philipp. lib. 3. Eclog. 45. n. 4. 5.* & ita, qui eandem exercere velit, adhuc admittatur ad eliciendam responsionem Catheticam *Vinn. ad Tit. Inst. de Verb. Oblig. in pr.* præbebit tamen materiam nostram parum utilitatis, quandoquidem pacta serio inita naturam stipulationis induunt *D. Philipp. lib. 3. Eclog. 38. n. 1. & 2. Lauterb. ad Tit. ff. d. fidejuss. p. 107.* nihilominus tamen ACCESSORIÆ STIPULATIONES, sunt frequentiores, quæ & in subsellis aliquid luminis adferunt; Hinc, si Parochianus, sellam redimere volens, ob paupertatem tamen pretio paratus, & instructus confestim esse nequit, producit fidejussorem, petitque, ut loco sui à Præfecto Ecclesiæ in securitatem pretii obligatus recipiatur, verum hocce præbebit fidejussionis exemplum, *arg. princ. Inst. de fidejuss. cum in omnibus ferme Obligationibus fidejussores assumi possint §. 1. l. de fidej. l. 1. l. 8. §. 1. & 6. ff. eod. Lauterb. ad d. t. ff. p. 108. Eck. ad eund. Tit. §. 10.* Hæc occasione QVESTIO movetur, utrum fidejussor debitoris principalis gaudeat hæc in parte beneficio excussionis? & affirmatur, quia nullibi Ecclesia tali privilegio est munita, ut ita turpe sit, sine Lege loqui, *N. 18. c. 5.* licet enim magnus favor sit Ecclesiarum, attamen, quia Ecclesia ceu Cultrix Justitiæ non patitur, aliquid contra Jus seu Justitiam fieri, vel in se vel in alterum *l. F. 13. de alienat. Feud.* utique nec speciale circa passum fidejussionis pro debitore intuitu pretii factæ admittere volumus, quare Administratores piarum causarum Ecclesiæ aliter non possunt prospicere, quam si exigant à fidejussore renunciationem hujus beneficii specialem *Nov. 4. c. 1. arg. l. penult. C. de pact.*

§. XV.

§. XV. Literarum Obligatio cum Subsellis nostris parum
 Ineis adferat, ita eandem merito omittimus, & progredimur ad
 CONTRACTUS CONSENSUALES qui solè Consensu perficiuntur
 .unic. l. de Oblig. Conf. uti sunt *Emptio Venditio, Locatio Condu-*
ctio, Societas, & Mandatum d. §. IN EMTIONE VENDITIONE
 contractus duplici modo considerari poterit, aut enim celebratur
 inter Ecclesiam & Parochianum, aut inter possessorem & tertium,
 nam Ecclesia, aut vice ejus administrator subsellia, cum eum in fi-
 nem præcipuè fabricata sint, tam noviter extructa, quam Ecclesie
 iterum cessa, Parochianis, & quidem præ defuncti possessoris pro-
 pinquis, jure protimiseos (de quo in §. 7. seqq.) extraneis verò con-
 currentibus, quibuscunq; præ ceteris gratificari velit, (gaudet enim ju-
 re gratificandi præfectus Ecclesie) ad dies vitæ vendere debet. *Ord.*
Eccles. Art. Gener. 36. §. Derwegen. ibi. Einen andern/der ihn begeh-
ret auff sein Leben verkauffen mögen und sollen Mev. P. 5. dec. 408. n. 2.
& in not. n. 3. Carpz. l. 12. D. Conf. 360. n. 4. & 5. PRETIUM autem,
 quo subsellia æstimantur, consistere debet IN PECUNIA NUME-
 RATA ob naturam emtionis §. 2. *I. de emt. vend. l. 1. §. 1. ff. & l. 9.*
C. de contr. emt. l. 1. pr. ff. de R. P. l. p. C. eod. ubi in simul requiri-
 tur ut sit CERTUM, quod non pro lubitu ab administratoribus,
 sed à consuetudine potius determinatur, adeoq; ipsis non concedi-
 tur, subsellia vendere, quanti plurimi id fieri possit, ne pauperes à
 ditioribus semper excludantur *Carpz. l. 2. D. Conf. 360. n. 7.* modi-
 cum itaq; pretium in redimendis subsellis sufficit *Carpz. d. l.* quare
 hinc Lipsiæ invaluit, ut subsellia immobilia tribus thaleris, appensi-
 bilia verò sesquithalero emantur & redimantur, ac insuper custodi
 thalerus aut duodecim grossi exhibeantur. Quod dictum, id de
 subsellis jamjam extructis intellectum volumus, si enim Ecclesia in
 novis extruendis majores sumtus fecerit, æquum erit, ut eorum quo-
 que ratio habeatur, & idcirco pretium augeatur, quandoquidem o-
 mnibus in negotiis circumstantiæ diligenter examinandæ veniunt
arg. l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar. D. Struv. in Jurisprud. Roman.
germ. forens. Lib. 1. tit. 1. aphor. 9. Hic decidenda est QVÆSTIO: Quis
 potior sit, quando Administrator duobus Ecclesie fellam promise-
 rit

rit aut vendiderit? & communiter ex *l. 15. C. de R. V.* statuitur, quod ille, cui res sit prius tradita, quamvis sit in emptione posterior, dicatur præstantior, quia non pacta, sed rerum traditiones Jus in re constituunt *l. 20. C. de pact.* verum enim verò, distinctio hæc *l. 15. ad Ecclesiam* accommodari minimè poterit, quia Ecclesiam tanquam Justitiæ Cultricem contractum absque traditione servare oportet *l. F. 13. d. Alienat. feud.* quia de re prior in emptione, licet sit posterior in Traditione ob fidem datam semper erit defendendus, prout in simili statuit *Cothoman. Vol. 1. Consil. 30. n. 205. Brunnem. ad l. 15. C. de R. V. n. 4. Sichard. ad d. l. 5. C. de R. V. n. 7. p. 203.*

§. XVI. Sed intricatior est QUÆSTIO num possessor sellam suam tertio cuidam possit revendere? & quemadmodum parochianus intuitu sellæ pro usuario quasi habetur *Brunnem. de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 2. §. 11. in Addition.* ita non potest sellam redemptione acquisitam, alteri iterum revendere, per textum expressum in *Ordinat. Eccles. Articul. gen. 36. §. Derowegen etc. verb.* Und soll keiner Macht haben einigen Stand bey seinem Leben andern zu verkauffen/etc. *Mevius part. 5. Decis. 408. n. 7. Stephan. de Jurisdic. l. 3. p. 1. c. 14. n. 89. Brunnem. ad l. 9. C. de relig. & sumptib. funer. n. 9.* Sicuti Consistor. Suprem. Superintendenti & Senatui Freiburgenfib. d. 7. Septembr. 1615. rescripsit P. P. So können wir nicht befinden/woher A. L. dieser Stände der Kirchen und Supplicanten zum Nachtheil sich anzumassen / oder solche umb Geld zu verkauffen befugt seyn wolle/etc. Begehren derohalben/etc. ihy wollet ihn von seinem Vorhaben mit Ernst abweisen! Quare non dubitamus, quin ille, QUI talem venditionem IN PRÆJUDICIUM ECCLESIAE suorumque proximorum contrahere AVDET. SVM JVS in subselliis ipsi competens plane AMITTAT, indignus enim est beneficio, qui illud impugnare nititur *l. 21. C. de pact. l. 8. §. 14. ff. de inoff. Testament. l. 5. l. fin. ff. de his quæ ut indign. &* hoc non immerito, esset enim quæstus species, quæ tamen in Subselliiorum venditione privatis seriò est interdicta. *Brunnem. de Jur. Eccles. l. 2. c. 2. §. 11. in Addition.* & nunquam, vel rarissimè foret, quod Subsellia ad Ecclesiam reverterentur, ex quorum tamen venundatione

tione redditus Ecclesiæ maxime augeri debeant *Carpzov. lib. 2. def. Conf. 362. n. 11.* Hinc Subsellia hereditaria, quamvis in patrimonio heredum sint, aliter tamen vendi & alienari nequeunt, nisi Dominio per Conventiones aut pacta satis probato. *Mev. part. 5. Decis. 408. num. 1.*

§. XVII. Quamvis autem inter possessorem & Tertium de Subsellis nulla subsistat venditio, nihilominus tamen ei *PERMISSUM* est, si nulli proximi heredes adsunt, quibus hoc Præjudicet, *JUS* istud, quod in subsellis habet, sine spe lucri alteri penitus *CEDERE*, *Brunnem. d. Jur. Eccles. lib. 2. c. 2. in addit. §. 11. p. 346.* sibi; quousque vivit, usum illorum reservare, modo legitime cessionem Præfecto Ecclesiæ denunciaret, ut iste certo pretio prius exsoluto, sellam cessionario adjudicare possit. Prout Consistorium Lipsiense de Anno 1677. d. 9. Jul. in causa *H. K. und H. S. E.* rescriptit P. P. Es hat dem Durchl. Churfürsten zu Sachsen etc. *H. K.* demüthigst zu vernehmen gegeben/wie sie ihren zu *S. Thomä* habenden Kirchenstuhl allhier *H. S.* Eheweibe zu cediren willens/ sich aber den Gebrauch derselben auff ihre Lebenszeit vorbehalten wolte/und darneben umb gnädigste Verwilligung gebeten/ Wann dann höchstgedachte Ihr Churf. Durchl. dero Suchen/ daferne keine nähere Anverwandten vorhanden/und sonsten nichts bedenkliches hierbey wäre/gnädigst statt gegeben/uns auch darauff nach befinden/die Gebühr zu verfügen anbefohlen; Als begehren im Nahmen höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrns wir hiermit an euch: Ihr wollet bey den Kirchen-Vorsteher zu *S. Thomä*/ daß derselbe/im Fall keine nahe Anverwandten vorhanden/erwehnten Kirchenstuhl ermeldten *S.* Eheweibe / iedoch daß *N. N.* der Gebrauch auff ihre Lebenszeit verbleibe/gegen Erlegung der gewöhnlichen Gebühren /zu schreiben solle/ Verfügung thun/etc

§. XVIII. Quicquid diximus de Emptione, possumus æquè ad Contractum *LOCATIONIS* accommodare, ob identitatem rationis, quæ idem Jus constituit *l. 32. ff. ad l. Aquil. l. 27. §. 2. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 9. §. 2. ff. de edend. l. 5. §. fin. ff. naut. Caupon. l. 64. ff. de furt. l. 19. C. de S. S. Eccles.* Sicuti enim in emptionibus cessat

E tran-



translatio Juris Subselliorum in alterum. *D. Vincē in Tract. de Jur. Templ. c. ult. n. 131.* ita quoque in locatione dicendum erit, *arg. §. 1. I. de Usu & habit. Mevius part. 5. Deci. 408. n. 7.* Omnis enim lucrandi & fœnorandi libido in Subselliorum judicio est prohibita, *Brunnem. de Jur. Ecclesiast. lib. 2. c. 2. §. 11. in addit.* sapit enim locatio subselliorum naturam usurariæ pravitatis, quippe quæ in totum sub gravissimis pœnis est interdicta, *l. 20. C. ex quibus caus. infam. irrog. C. quæ in omnibus X. de Usuris D. Eckolt ad Tit. ff. de usur. & fruct. §. 9. D. Philipp. lib. 4. Eclog. 95. per tot.* Proinde, tam Confistoria, quam proximi Consanguinei, ejusmodi locationem inter possessorem & tertium celebratam revocare, & annullare queunt, & quamvis *Carpzov. lib. 2. Def. Conf. 362. n. 9.* eam sententiam foveat, quod Possessor emptione aut locatione commoditatem subselliorum alteri ad dies vitæ cedere valeat, id tamen non aliter admittere velim, quam si cessio fiat sine spe lucri *Brunnem. de Jur. Eccles. lib. 2. c. 2. §. 11. in Addit. pag. 346.*

§. XIX. Locationis Vicina est EMPHYTEVSIS, quæ, cum scripturam pro Essentiâ habeat, meritò inter contractus Juris Civilis refertur, *§. 3. I. de locat. l. 1. l. final. C. de Jur. Emphytevt.* nemo autem forte inficias ibit, quod in subselliis nostris Emphytevsis locum sibi vindicet, si enim hoc pacto alicui Ecclesia concederet subsellia, ut singulis annis loco mercedis Canonem certum præstet, non dubitamus, quod hoc Emphytevsios speciem tribuat, ex ipsa natura hujus Contractus *N. 129. c. 6. §. 1.* quæ de re Emphytevticarius, in recognitionem Domini directi, in exsolvendo Canone, non sit morosus *d. §. 1. & l. 1. C. de jur. Emphytevtico* adeò, ut, si intra biennium cessaverit, ipso Jure Subsellia amittat, *l. 2. C. d. tit. Ludovell. Exercit. 13. Thes. 8. l. d. p. 276.* quæ tamen amissio, causâ cognitâ, & sententiâ declaratoriâ latâ, demum procedit, id quod praxis quotidiana observat *Philipp. lib. 3. Eclog. 75. n. 11. 12. & 13.* Similia Emphytevsios Jurâ pertinent imprimis ad Subsellia familiaria, hereditaria, & quæ certis ædibus pro reditu annuo sunt adscripta, *Schilter in Introd. Jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 6. p. 451.* ut hic Lipsiæ quædam nobis sunt obvia, quam Emphytevticariam Constitutionem, concederemus saltem Eccle-

Ecclesiæ, non verò Parochiano, qui Subinfeudationem exercere nequit, sapit enim naturam locationum quæ tamen in Subsellis sunt illicitæ *Iohann. Schilter in introd. jur. Canon. d. lib. 5. tit. p. 451*

§. XX. Sequitur SOCIETAS, quæ subsellis nostris parum inservire videtur. Quâ neglectâ ad MANDATUM provehimus, si ita alicui specialiter mandaverim, ut mihi ab Ecclesiâ emat subsellia Templi, certum est, quod ob id jus aliquod nanciscar §. 5. *per quas personas cuique acquiritur*. quid autem, si mandatarius suo ære emat subsellium? & eum contrario mandati iudiciò adversus mandantem experiri posse arbitramur *l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 26. §. fin. l. 45. §. 4. ff. mandat.* Sicuti autem mandatario, ita quoque mandanti concedenda est actio, quam ob rem si mandatarius mandatum semel acceptum exequi, aut sellam acquisitam mandanti restituere recuset, mandans eum directâ mandati actione pulsare potest, ut sellam tradat, omneque damnum dolò & culpâ commissum refarciat *l. 10. §. 2. & 8. l. 2. pr. ff. l. 13. C. mandat. Eckolt ad hunc tit. §. 7.*

§. XXI. Inspectis Contractibus nominatis, proxima linea demonstrat CONTRACTUS INNOMINATOS, qui ob rem datam, aut factum intercedens, Contrahentes demum obligant, *l. 1. §. 2. ff. d. Rer. permut.* solus itaque Consensus in hisce contractibus non sufficit *arg. l. 7. §. 2. ff. d. pact. Eckolt ad Tit. ff. d. estimat. act. §. 2.* Recurrit autem ex hisce præcipuè PERMUTATIO, quâ species cum specie e jusdem generis permutatur, atque ita luculenter ab Articulo do u. des distinguitur, *Test. Vandio lib. 1. quest. 75. Treitl. volum: 1. Dispi 30. Thes. 5. Christinaus volum. 3. decis. 107. n. 2.* permutatio itaque usu erit subsellis nostris, exercet autem eandem aut Ecclesia cum Parochianò, aut Parochianus cum tertiò, ILLA facilius permittitur, modo possessor meliorem pro sua acquirat; extra vero hunc casum impermutationem consentiant proximi consanguinei omnes, ne iis in vitis præjudicium afferatur *arg. l. 74. ff. d. R. Jur. l. 17. C. fam. l. herciscund. l. 27. §. 4. ff. d. pact.* vice versa, si permutatio CUM TERTIO INSTITUATUR, eandem indistincte admittere velim, si subsellia invicem ad dies vitæ permutentur, cum hoc casu nemini accrescat præjudicium, accedente enim unius morte permutatio iterum expi-

rat arg. l. 31. ff. d. pignorib: SECUS EST in permutationis modo, si iur
revocabiliter alteri sellam nostram concedamus, ubi probè distingv-
tur, num ille, qui deterioris conditionis sellâ permutatione sibi acqui-
sivit, habeat consanguineos, nec ne, PRIORI CASU non prius ratifica-
tur, quam Ecclesiæ & omnium cognatorum consensu adhibito; MO-
DO verò POSTERIORI solus Ecclesiæ Consensus sufficere videtur
quia hoc modo nulli iniqua conditio infertur, l. 74. ff. d. R. I.

§. XXII. Restant nobis in Ordine QUASI CONTRACTUS, qui ex præsumpta Conventionione cum causa inter ignorantes & invi-
tos obligationem rerum pariunt *pr. Inst. d. Obligat. que quasi ex Con-
tract. nascuntur, ibique Vinnius.* Si itaque mater, aut alia persona, pro
absente aut ignorante vigilaverit, sellamque jure protimiseos ad eum
pertinentem, ne alteri interea assignetur, certò pretiò redemerit, du-
bitamus nullatenus, ex eo NEGOTIORUM GESTIONEM contractam, mutuamque obligationem, quæ parit actionem tam
directam, quam contrariam, oboriri §. 1. I. d. tit. l. 2. l. 10. §. 1. ff. de
negot. gest. Franzkius ad eund: tit. n. 3. & seqq. In hac negotiorum ge-
stione obiter notandum, quod gestor ad culpam levissimam obligetur
d. §. 1. l. 24. C. d. usur. arg. l. 1. §. 35. ff. deposit. Magnif. Dn.
Schwendendorffer ad tit. ff. d. negot. gest. §. 8. p. 178.

§. XXIII. Negotiorum gestioni ductu Imperatoris Justiniani proximè adhæret TUTELÆ ADMINISTRATIO §. 2. Inst. d. Oblig.
que quasi ex Contr. nascuntur, quemadmodum verò inter pupillum &
tutorem nullum negotium contrahitur, sed quia non ex maleficio
causa oritur, ex quasi contractu eundem teneri constat, ex §. 2. I. d.
Oblig. que quasi ex contract: idcirco tutorem vi suæ obligationis de-
vinctum esse censemus, ut sellam Templi jure protimiseos pupillo
competentem, justo tempore redimat, secus si hoc intermiserit, da-
mnumque ob id pupillo emerferit, tutorem directo tutelæ judicio
conveniri posse, certum est, ut damnum dolo & culpa levi datum re-
sarciat l. 1. pr. ff. d. tutel. & ration. distrabend. l. 18. ff. eod. l. 7. C.
arbit. tut: Sin vero subsellia ad pupillum spectantia jam jam acqui-
siverit, tunc ad restitutionem eorum obligatus remanet arg: l. 9. C. ar-
bit. tutel. Eckolt ad tit. ff. d. tutel. & ration. distrab. §. 1. Sicut autem

Pu-

Pupillus tutorem, ita quoque tutor pupillum habebit obligatum §. 2. *I. de Obl. qua quasi ex Contr. nasc.* ut, si forte tutor sellam pupillo redemerit, pretium Contraria tutelæ actione una cum usuris consequi iterum valeat *l. 1. pr. & §. 1. l. 3 §. fin. ff. d. Contrar. tutel. Actioni ibique Eckolt §. 1.*

§. XXIV. Prætereunda non erit INDEBITI CONDICTIO, nam si fortè contingeret, quod officialis pretio suo redimeret sellam, ex errore & ignorantia publicam, tunc detecto errore, Pretium pro sella exsolutum Conditione indebiti repetere potest §. 6. *Inst. d. Obl. qua quasi ex cont. nasc. & tot. tit. ff. d. Condit. indeb.* cum certum sit, quod subsellia officialium publica in Templis nulli redemptioni post officialium obitum sint exposita *Carpz. lib. 2. def. Consist. 370.* adeoque merito pretium tanquam indebitum restituendum venit, *d. §. 6. l. 1. & seqq. ff. d. Condit. indeb.*

§. XXV. Similiter si Administrator Ecclesiæ uni paræciorum vacuam in Ecclesia sellam assignare promiserit, eumque in finem jam jam pretium ab eodem acceperit, sed quoniam interveniens sanguine proximior, causam promissam quo minus adimpleat, Præfecto Ecclesiæ obstitit, apparet exinde, *DATIONEM OB CAUSAM* inter contrahentes esse abortivam *l. 13. §. 2. in fin. ff. Commodat. l. 1. & seqq. ff. d. Condit. causa dat. causa non secut. & ob id pretium exsolutum conditione causa data causa non secut. repeti posse d. l. 1. l. 3. §. 2. ff. h. t. Struv. in jurispr. lib. 3. tit. 18. aph. 19. & 20.*

§. XXVI. Huic quasi contractui similis est *ACCEPTIO SINE CAUSA*, qua quis fortè sellam promissam, jam jam obtinuit, sed proximior sanguine intra tempora legitima eandem jure prælationis ipsi competentem, ad se retraxit, tunc Ædilis obligatur restituere pretium cum omni causa, quia sine causa penes Ecclesiam extitit *l. 32. in fin. ff. d. reb. Credit. datur proinde conditio sine causa tot. tit. ff. & C. d. Condit. sine causa* pro quo aliquid facit Rescriptum Consistor. Lips. ad senat. in causa J. H. N. den 8. Jul. 1675. præm: præm: Als begehren in Namen Ihr Ehrst. Durchl. wir hiermit an euch: ihr wollet beym Kirchen Vorsteher daselbst/das er solchen Stuhl gege *WEDERNEHMEUNG DES* dafür von S. W. ems

empfangenen **LEGATUM** obbesagten **J. H. N.** ümb die gewöhnlichen Gebühren zuschreiben möchte / verfügung thun.

§. XXVII. Reliquos quasi Contractus, ut rerum particularium Communio, hereditatis Communio, finium regundorum, & hereditatis aditio, Cum nullam, aut non magnam utilitatem nobis præbeant, in mediò relinqvimus, Antequam tameu hîc abeamus, **ILLUM CASUM** decidere placet, **VTRVM HERES, CVJVS TESTATOR** amplum **LEGATVM** ab eo exsolvendum Ecclesiæ **RELIQVIT**, is quoque in Exsolutione ejusdem post mortem Testatoris se statim promptum atq: paratum exhibuit, **IN REDEMPTIONE** sellæ cujusdam ecclesiasticæ **ALIIS SIT PRÆFERENDVS?** Et quamvis certum sit, quod Benefactores præ cæteris in Ecclesia gaudeant prærogativâ ut *supra c. 3. §. ult. in fin.* obtinuimus, id tamen intellectum volumus de immenso beneficio Ecclesiæ exhibito, verum cum in Præsenti casu, non heres, sed defunctus legatum reliquit, ita sententia nobis arridet negativa, idcirco, si Ecclesia alteri gratificari velit, administratoris manus non adeo sint ligatæ, quò minus ex Jure gratificandi extraneo sellam adscribere queant, prout in causa **Martin Engelmanns Cheweibes hinterlassenen Kirchenstuhl** betreffend à Consistorio Lipsiensi non ita pridem rescriptum esse meminimus

§. XXVIII. Pensitavimus pro ratione temporis obligationes ex facto licito provenientes, sequitur ergò, ut aspiciamus **OBLIGATIONES**, quæ **EX FACTO ILLICITO SIVE DELICTO** promanant ubi iterum deprehendimus *tam vera, quam quasi delicta, VERA* ex dolo & proeresi emergentia §. 1. *I. de Obl. quæ ex delict. nascuntur l. 71. §. 8. ff. de acquir. l. amittenda hered. dispesci possunt, in publica & privata, Harprecht ad pr. Inst. de Public. Judic.* **PRIVATA** dicuntur, quæ privatorum utilitatem lædunt, neq; Legibus Judiciorum publicorum, & accusatione publica sunt notata, *Eckolt ad tit. ff. de privat. delict. §. 2. & subdividuntur in Ordinaria & extraordinaria l. 3. ff. de extraord. crimin. l. 2. ff. de confess. Eckolt d. loc. num 2.* **ORDINARIA** sunt, quæ à lege dictatam et ordinariam pœnam habent *Ludovell. Exercit. 15. Thes. 1. l. f. in fin. & potissimum eorum* qua-

quatuor genera recensentur ab Imperatore *in princ. Inst. de Obl. quæ ex del. nascuntur*, ut: furtum, rapina, damnum & Injuria.

§. XXIX. In FURTIO Subselliorum Templi præprimis differentia adhibenda erit *inter Subsellia mobilia & immobilia*, ILLORVM Contractatio, *sive fiat in loco sacro, sive profano* Sacrilegium non facit, quia ejusmodi subsellia non res sacræ, sed profanæ manent, sacrilegium autem propriè committitur, quando res sacra Deo dicata ex loco sacro furtim subtrahitur *Nemes. Carol. articul. 171 arg. l. 5. l. 9. §. 1. ff. ad l. jul. peculat.* Cujus pœna extenditur ad Crurifragium *Philipp. lib. 4. eclog. 91. n. 8.* Quare, si tales sellæ Possessoribus dolosè auferantur, hoc furtum adinstar furtorum reliquorum plecti solet, *Carpz. Part. Crim. 2: quæst. 89. n. 17. & seqq. & n. 76. & seqq. Philipp. dict. loc. n. 6.* HORVM autem sive, immobilium, cum nulla eorû detur contractatio, neqve de loco in locum translatio, etiam non committitur furtum §. 2 *in fin. Inst. de Usucap. l. 25. ff. de furt.*

§. XXX. RAPINA, quamvis ab omnibus Subsellis non prorsus aberret, cum contingere possit, quod quis alicui sellam portabilem vi auferat, & sic in speciem Rapinæ hoc delictum incidat, *pr. Inst. de vi bonor. raptor.* eandem tamen relinquimus, & DAMNA INJURIA DATA tanquam frequentiora breviter percurramus. Sæpissimè enim accidit, quod quis alterius sellam fregit, corruptit, aut quovis modò deteriore reddidit, ex eo itaq; verum manet, corruptorem, si ex dolo faciat, verum delictum, *l. 4. ff. de Obligat. & Action. pr. Inst. de Obl. quæ ex delict. nascuntur.* sin verò non dolo, sed culpâ, imo quâvis, *l. 44. ff. ad L. Aquil. qf. maleficium committere tot. tit. Inst. de Obl. quæ qf. ex delict. nascuntur; Magnif. nost. Ordinar. Dn D. Jacob Born in suo Manuscripto, quondam Collegio in privato suis Auditoribus communicato ad Tit. ff. ad Leg. Aquil. n. 4. & ita in pœnam L. Aquil. ex tertio capite incurrere, §. 13. Inst. ad L. Aquil.* Cujus tamen pœna, ut intra 30 dies pretium rei deterioratæ intimetur §. 14. *Inst. d. t. ab usu recessit, & tempus damni dati tantum inspicere solet Grotius Introduct. Action. l. 3. p. 34. num. 33. Dn. Struv. ad tit. ff. ad L. Aquil. thes. 25 à quò tamen paululum recedit Dn. Stryk. in suis annotat. ad hunc tit. Inst. §. 10, p. 302.*

§. XXX.

§, XXXI. Ex privatis Ordinariis delictis restat adhuc INJURIA, quæ occasione subselliorum hic quoque explicari potest, & statimprehendimus ibidem Injurias tam verbales quam Reales §. 1. *Inst. h. tit.* Ad REALES refero; Si quis aliquem sellæ suæ insidentem dejecerit, & locò dejecti ipse sellam occupaverit *arg. §. 8. l. h. tit. arg. l. 5. §. 1. ff. de injur. Ludvvell. Exercit. 15 thes. 6. l. E. p. 321.* Cui accedit, si quis sellæ in contumeliam possessoris aliquid turpe appinixerit. VERBALIS INJURIA fit, vel verbis ore prolatis, vel scriptis, ILLO CASU: si quis in locò sellæ possessorem furem, Adulterum, nebulonem vocaverit *l. 5. C. de Injur.* etiamsi injurians addiderit: Salvò honore tuò, quia protestatio ipsi factò contraria nihil operatur *l. 21. ff. de acquir. beredit. Ludvvell. dict. l. l. g.* HIC CASVS contingit, quando Injurians Carmen aut historiam injuriosam sellæ adscripsit *l. unic. C. de famos. Libell.* Omnis itaque Injuria quocunq; modo possessoribus subselliorum illata, respectu loci fit atrox, atq; adeò atrocissima illam insequitur pœna, uti videre licet apud *Eckolt ad tit. ff. de Injur. §. 2. g. & seqq.* quæ tamen minimè extendi poterit ad ultimum supplicium, nisi (1.) Famosum libellum, aut Pasquillum injurians sellæ apposuerit *l. unic. C. de famos. Libell.* *Deinliche Halsgerichts Ordnung Artic. 110 ibi; Mit der Pön etc. Philipp. lib. 4. Eclog. 27. n. 3. ibiq; limitationes, aut (2.) Injuria sacerdoti illata fuerit, l. 4. ibiq; Brunnem. C. de Injuriis, anteqvam tamen capitali pœnâ hoc in casu quis afficitur, quatuor concurrere debent requisita: 1. ut sacerdos non solum verbalibus, verum etiam realibus injuriis afficiatur. 2. Offensio illa fiat in loco sacro, nec non 3. eò tempore, quo tractat & administrat divina, & deniq; 4. sacra per hoc turbentur, hinc si unum deficiat requisitum, neutiqvam tam rigoroſe procedendum esse putat *Carpzov. p. 1. quest. 44. & in Consistorial. l. 3. Def. 95. num. 15. Sincelthaus Observat. 72. n. 5. Colerus Decis. 38. n. 3, à quibus ex parte recedit Berlich. part. 4. Concl. 20.* ubi subjunct præjudicium, in quo exhibetur, quod injurians, qui ministrum verbi divini ad vicinam Ecclesiam sacra ibidem pertractandi causa ire volentem, multis vulneribus affecit, & sic à Concione & Cæna ad-*

mini-

ministracione eam impedivit, nihilominus tamen gladii poenâ plexus sit.

§. XXXII. In Ordinariis criminibus non erimus prolixiores, sed relictis EXTRAORDINARIIS parum ad rem facientibus extendimus curam ad DELICTA PVBLICA. In quibus vindicandis puniendisve ob damnum Reipublicæ illatum certa poena legibus publicorum Judiciorum Constituta, & accusatio unicuique de populo concessa est, §. 1. *Inst. de publ. Judic. Eckolt ad tit. ff. de publ. Jud. §. 1.* Quando itaq; MAJESTAS læditur, SIVE FIAT PER CRIMEN PERDVELLIONIS, quod tendit ad interitum Principis, si forte Princeps in suis Subsellis occisus fuerit. SIVE PER CRIMEN LÆSÆ MAJESTATIS IN SPECIE, quo Autoritas Principis, vel personæ ejusdem eminentissimæ destructionem, aut ipsius Imaginis insigniorumve ibidem affixorum detractionem violatur *l. 1. §. 1. l. 6. l. 7. §. fin. ff. l. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. Brun. ad d. l. 6.* tunc Violatores acerrimis afficiuntur poenis, quemadmodum & hoc crimen per se acerrimum dicitur in *d. l. 5. C. hoc tit. Eckolt ad tit. ff. ad Leg. Jul. Majest. §. 10. & seqq.*

§. XXXIII. Multò frequentiora recurrunt in Subsellis FALSA ex L. Cornel publicâ notata, quibus in fraudem & præjudicium alterius dolò malò veritas immutatur §. 7. *I. de publ. Judic. Habn. ad ff. tit. ad L. Cornel. de fals. num. 2.* quo refertur fictio proximitatis, quâ in præjudicium alterius se quis consanguineum dicit, eumque in finem falsos testes producit *l. 1. §. 1. & 2. ff. b. tit.* Sed cum diversa falsitatum genera pro ratione circumstantiarum diversimode sese exhibeant, in diversas quoque falsarii incurrunt poenas, de quibus vide *Eckolt ad hunc tit. §. 9.*

§. XXXIV. Quid de Sacrilegio tenendum, supra colligere licet ex §. 36. cui subjungimus delictum publicum DE RESIDUIS, quò pecuniam ad Subsellia extruenda destinata, aut pro Subsellis redemptis acceptam, is, cujus fidei ea est commissa, retinet, & in usum suum convertit *arg. l. 2. ff. ad L. Jul. pecul.* cujus poena de Jure Civili hæc erat, ut tertiam partem amplius, quam retinuerat, Ecclesiæ restituat *l. 4. §. 5. ff. b. t.* quod delictum tamen in forò no-

Itro arbitrariè & extraordinariè punitur *Philipp. l. 4. Eclog. 96. num. 6^o & seqq.* sed si furtum horum administratorum centum exetat florenos, qvali poenâ tunc illi affiendi sint, colligi poterit ex *Constit. Aug. 41. part. 4. ubi Carpz. Defin. 2.*

§. XXXV. Nunc admonendi sumus de qvafi delictis, qvæ non ex dolô, sed magis ex culpâ proficiscuntur *tot. tit. Inst. de Oblig. qvæ qf. ex delict. nascuntur.* & qvamvis ibidem ab Imperatore & Commentatoribus Institutionum multæ species recenseantur, vix tamen aliquid, qvam IMPERITIA MALE JUDICANTIS subselliis nostris accommodari poterit; Si enim ex Imperitiâ Judex alteri adjudicaverit sellam, ad eum nullô Jure pertinentem, dubitamus nullatenus, qvin Judex læso condemnetur in id, in quantum eâ de re æqum religioni Judicantis visum fuit *pr. Inst. h. tit. qvod communiter ad partis interesse & expensarum refusionem alii extendunt D. Philipp. lib. 4. Eclog. 39. n. 4. & 10 in fin.*

§. XXXVI. Hactenus adducta fuerunt, qvæ ex Jure in re & Jure ad rem occasione Subselliorum dici poterant, anteqvam tamen hîc abeamus, non supervacaneum erit, si qvædam DE JURE, qvod Parochianus ratione subselliorû acquisivit, differamus. Alii itaqve Possessori tribuunt USUMFRUCTUM, *Carpz. lib. 2. def. Consist. 362. n. 7. nec non Def. 363. item 364. Dn. Schilter in Introd. Jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 7. pag. 452.* & ita non inficias eunt, possessorem potestatem habere, ad dies vitæ subsellia iterum vendendi, locandi, oppignorandi *alleg. loc.* qvia hæc omnia facere potest usufructuarius §. 1. *Instit. de Usu. & habit. l. 12. §. 2. & l. 38. ff. de Usufr. l. 11. §. 2 ff. de pignorib.* Verum, cum omne fœnus omneq; lucrum possessoribus subselliorum sit interdictum *Brunnem. de Jur. Eccles. lib. 2. c. 2. §. 11. in not. pag. 346.* hinc alii referunt Jus Subselliorum AD USUM, *laudatus Brunnem. d. l. p. 347. Mevius part. 5. Decis. 408. n. 8: & in not. n. 3. & 5. & 10.* qvippe qvi, ad utilitatem propriam saltem accommodatur, §. 1. *Inst. de Usu. & habit. ibiq; Pomeresch.* nec alteri cedi, vendi, aut locari potest *all. §. & l. 12. pr. §. 1. ff. eod.* qvæ sententia Ordinationi Ecclesiasticæ *Art. gen. 36. §. Derowegen. vers. Und soll keiner Macht haben einigen Stuhl bey seinem Leben andern zu verkauffen/ete.*

fen/etc. videtur esse consentanea *Dn. Vinc. in Tractat. de Jur. Templ. cap. ult. num. 139. p. 304.* Sed si dicamus, quod res est, Jus in subselliis acquisitum, neque Ususfructus, neque ususerit, sed est aliquod singulare, distinctum, & ab hisce servitutibus longe separatum Jus, *arg. §. 5. I. de us. & habit.* quamvis enim conveniant in unô alterôve, disconveniunt tamen in quampplurimis, nam usus degenerare potest in usumfructum, ut possit locari, si extra hunc casum nulla utilitas usuario emergat *l. 22. pr. ff. de us. & habit.* secus tamen est in Jure Subselliiorum *vide sup. §. 16. & 18. b. c.* Ita quoque Ususfructus & Usus Testamentô, aliave ultima voluntate constitui possunt *§. 1. Inst. de Usufruct. pr. J. de Us. & hab.* non vero Jus Subselliiorum. *vide sup. §. 6. b. c.* Præterea omnis ususfruct. & usus morte possessoris ita expirant, ut nullô modô transeant ad heredes *l. 3. §. ff. quib. mod. Ususf. amit. §. 3. Inst. de ususf. l. penult. C. eod.* cum sint Jura personalia, quæ cum personâ extinguuntur *princ. Inst. de ususf.* à quo iterum Jus Subselliiorum recedere videtur, quippe quod non jure quidem successionis, bene tamen Jure protimiseos transit ad defuncti possessoris heredes abintestato venientes *vid. sup. §. 7. b. c.* hisce accedit, quod usus subselliiorum gratis cedi & concedi possit *vid. sup. §. 17. b. c.* in usu vero hoc non obtinet *§. 1. Inst. de us. & habit.* Præprimis tamen probe inspiciendi sunt mores locorum circa subsellia templi disponentes *Mev. pr. 5. Decis. 40. d. num. 1. in princ.*

CAPUT V.

De

Amissione Juris Subselliiorum

§. I.

Quibus modis Jus Subselliiorum acquiritur, & quale hocce fit, quantum instituti ratio permittit, exposuimus, nunc quoque videbimus, quibus modis illud iterum expirat, cessat autem Jus Subselliiorum vel statim ab initio, vel ex post factô; AB INITIO vel ratione personæ, vel ratione modi, RATIO-

F 2

NE



NE PERSONÆ evanescit, quando eadem ad acquirendum est inhabilis, v. g. si non est parochianus, aut quidem talis est, sed alio modo subselliorum beneficii incapax, aut furiosus, mente captus, infidelis &c. *vid. sup. c. 3. §. 4. & 5.* RATIONE MODI, quando redemptio non intra quatuor septimanas quaesita fuit *vid. cap. preced. §. 11. 16.*

§. II. EX POST FACTO tollitur Jus Subselliorum vel sponte vel coacte, ILLO CASU 1.) CESSIONE Ecclesiae aut alteri Parochiano facta §. 17. *cap. preced.* 2.) MIGRATIONE in alium locum *Decret. Synodal. §. Wenn sich auch. verb. Durch Absterben und Abzug etc.* animo permutandi Domicilium *Mevius p. 5. Decis. 408. num. 10. in not. Carpz. lib. 2. Defin. Consist. 364. num. 6. & seqq. Zang. de Except. c. 1. part. 2. num. 52. & 53.* propterea si Studiosus aut alius Reipubl. vel officii causa abesse per Decennium licet coeperit, nunquam abfuisse fingitur, *arg. §. 5. Inst. quib. mod. pat. pot solvitur*, sed revertens pristina subsellia recipit *arg. d. §.* interim tamen non est invidendum proximis Consanguineis, ut absentis subsellia utantur, aut si hi deficient, usus eorum alii parochiano, usque ad reditum ipsius concedatur. 3. PRÆSCRIPTIONE, quando nempe parochianus patitur, ut tertius suam possideat sellam, nec eidem contradicit, tunc per triginta annos annum, & diem Jus Subselliorum amittitur *vid. sup. c. 4. §. 5. 4. VENDITIONE vid. c. 4. §. 16.*

§. III. COACTE Parochiani Subsellia perdunt 1. MORTE NATURALI *arg. §. penult. I. de usuf. l. 57. §. 1. ff. l. 16. in princ. C. eod. Kirchen-Ordnung Artic. gen. 36. §. Derowegen. v. sondern da er stirbt etc. Decret. Synodal. Wenn sich etc. Carpz. lib. 2. Def. Consist. 364. num. 2. 3. & seqq. Mevius part. 5. Decis. 408. n. 10. in not. Linck in Tract. de Jur. Templ. c. ult. n. 135.* est enim Jus personæ constitutum, quod ei perpetuo inhaeret, & insimul cum eâ extinguitur, nec ad heredes transit *l. 196. ff. de R. J. l. 3. §. fin. ff. quib. mod. Usufr. amittitur l. 32. ff. de usufr.* 2. MORTE CIVILI, quæ contingebat olim maxima & media Capitis Deminutione §. 1. & 2. *I. de Capit. Deminut. in cuius locum hodie successit Bannvm Imperii generale, Brunnem. Exercit. Justin. 3. ad §. 1. Inst. quib. mod. pat. pot. solvitur. Sneidevv. ad eund. tit. §. 1. n. 14.* ut & fustigatio cum perpetua relegatione, quæ sicuti

sicuti omnia Civitatis Jura, ita quoque Jus Subselliorum adimit *Dn. Stryck in Annot. ad §. 1. Inst. quib. mod. P. P. solvitur*: Simplex enim relegatio, cum Jus Civitatis actualiter non tollat §. 2. *I. d. tit.* nec bona regulariter auferat *l. 4. l. 7. ff. de interd. & relegat.* facit, ut durante relegatione subsellia in suspenso maneant, & relegato tandem reverso jure postliminii quasi iterum restituantur *arg. §. 2. I. quib. mod. P. P. solv. Brunnem. ad. d. §. 2. Exercit. 3. p. 17.* 3. USURARIA PRAVITATE quando possessor improbum fœnus cum Subsellis exercet, vendendo scilicet & locando eadem, tunc ipsi tanquam indigno liberum Juris Subselliorum exercitium aufertur. *vid. §. 16. cap. preced.* 4. REI INTERITU TOTALI *arg. §. 3. Inst. de usuf. l. 10. §. 1. ff. quib. mod. usuf. amittitur.* si itaque templum incursu hostium devastetur, aut igne, unâ cum subsellis consumatur, ipsum Jus possessori acquisitum tolli, certum est, cum sit Jus in Corpore, quo sublato & ipsum tollitur *pr. Inst. de usuf. l. 2. ff. eod.*

CAPUT VI.

De

Actionibus & modo procedendi circa Subsellia Templi.

§. I.

CUM omne Jus, quo utimur, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertineat §. *ult. I. D. I. N. G. & C.* & de personis atque rebus haecenus sufficienter dictum sit, super est, ut de actionibus & modo procedendi circa subsellia Ecclesiastica agamus *pr. Inst. de Action.* actio hic dividi potest in *petitoriam* & *possessoriam*, ILLA iterum est vel *realis* vel *personalis* §. 1. *Inst. de Action.* mixta enim ratione causæ efficientis à Jure nostro exulat. *Vinn. ad d. §. num. 21. pag. 923.* ACTIO PERSONALIS, ex obligatione profluens, *l. 3. ff. de O. & A.* tendit eò, ut subsellia tradantur, aut intuitu vel occasione eorum aliquid fiat aut præstetur. *arg. l. 1. §. 3. ff. de O. & A. & l. 25. pr. ff. eod. & à SUBIECTO PASSIVO DIVIDI licet in simplicem & in rem scriptam Magnif. Dn. Schwenz*

F 3

denz

Dendorffer in tr. de Actionibus cap. 3. membr. i. §. 11. p. 96: HÆC est, quæ Paroeciano, jure Protimiseos, contra Ecclesiam, nec non quemcunq; Possessorem, pro redimendis subselliis competit, arg. Leg. 9. §. 5. l. 14. §. 3. ff. quod met. caus. Ord. Eccles. Art. gen. 36. 2. F. 26. vers. Totius Schrader de Feud. v. 8. c. 7. num. 29. ILLA verò datur tantum contra eum qui ex conventionem, vel delicto est obligatus, nec ejusdem personam egreditur, §. 1. I. de Action. l. 25. pr. ff. de O. & A. & ita tendit vel contra ipsam Ecclesiam, sive Præfectū ejus, vel contra Parochianum & Tertium. CONTRA ECCLESIAM datur, quando v. g. Subsellia certo pretio parochiano fuerunt vendita, nondum tamen tradita, tunc agitur, ut subsellia emptoribus tradantur, arg. l. 13. §. 10. & 18. ff. de Action. Empt. l. 7. ff. de peric. & commod. rei vendit. num autem Ecclesia omnino ad tradendum obligetur, an vero liberetur, præstando interesse, IN QVÆSTIONE EST? & distingvendum esse putamus, an habeat facultatem tradendi, nec ne, PRIORI CASU præcisè ad rei traditionem est obstricta arg. l. 25. §. 1. ff. d. contrab. empt. l. 30. §. 1. l. 50. l. 11. §. 2 ff. de act. emt. l. 1. ff. de rer. permutat. §. 2. I. de Donat. HOC CASU si fortè sella Jure protimiseos parochiano cuidam sit exhibenda, emptor saltè ad interesse agere poterit, arg. l. 1. l. 11. §. 9. ff. d. action. Empt. l. 17. C. d. fid. Instrum. Brunnem ad l. 4. n. 2. C. d. action. empt. p. 498. Quemadmodum autem Parochiano empti actio contra Ecclesiam indulgetur, ita vice versa competit Ecclesiæ venditi actio, CONTRA EMPTOREM, ut pretium una cum usuris restituat l. 12. l. 49. ff. d. Obl. & Action. l. 13. l. 19. §. 20. ff. d. action. empti. Parili quoque modo, contra promissorem exstructio nis sellæ datur Ecclesiæ Condictio ex LL. & Moribus, si donatione aut Pollicitatione promiserit structuram subselliorum, arg: eorum quæ habet Eckolt ad tit. ff. d. Donat. §. 13, CONTRA TERTIUM datur actio personalis, vel ex pacto, vel ex contractu vel ex delicto, ex pacto competit Condictio ex moribus ad præstandum id, quod promissum est: d. l. 35. §. 5. C. de Donat. & §. 2. I. eod. N. 162. c. 1. §. 1. in fin, ex Contractibus verò & Delictis quænam actiones competunt, & quid iisdem persequimur supra in capit 4, exposuimus.

§. II. ACTIO REALIS PETITORIA iterum est vel CONFES-

POSSORIALIA vel NEGATORIA, ILLA dicitur, qua quis vindicat jus subselliorum, illudque sibi debere asserit *arg. §. 2. l. d. action. & competit contra quemcunque possessorem arg. l. 5. §. 1. ff. si usufr. petat.* nec non contra Ecclesiam *arg. d. l. 5. §. 1.* qua tamen non Jus ipsum subselliorum petitur, quod nunquam abest, sed liberum Juris exercitium *d. arg. l. 5. §. fin.* hinc etiam Conclusio eò dirigitur, ut reus à turbatione desistat, nec amplius actorem in libero subselliorum usu impediatur *Magnif. D. Schwendendorffer ad tit. ff. si usufr. pet. §. 1. verb. producit iste actionem.*

§. III. Hæc NEGATORIA est, qua Jus in sellis nostris alteri competere negamus *arg. l. 8. pr. ff. si servit. vindicetur.* Datur itaque illa usufructuario sellæ, contra eum, qui Jus sibi in sella esse asserit, ad id, ut desistat ab usu, cautionemque de non amplius turbando præstet *l. 7. l. 12. ff. si Serv. vindic.* in hac Actione singulariter est constitutum, quod non Actor, sed Reus actionem probet, cum actionis negatoriae proprium sit, ut actor negativè agat, Reus vero affirmativè Excipiat, adeoque secundum Regulam: non neganti, sed affirmanti incumbat probatio *§. 4. l. de Legat. negantis enim per rerum naturam nulla est demonstratio l. 23. C. de probat. Carpz. lib. 1. Resp. 67, 68. Eckolt ad tit. ff. si usufr. petat. §. 5.*

§. IV. POSSESSORIALIA ACTIO sequitur, quæ includit interdicta quædam, quorum primû est PUBLICUM DE REBUS SACRIS, ne quid in locò sacro fiat *tot. tit. ff. nequid in loc. sac.* si quis igitur in sellâ suâ aliquid extruxerit, aut saltem immiserit, quo deformetur Ecclesiæ Conspectus, tunc unus quisque Parochianorum *arg. l. 10. C. d. Episcop. & Cleric.* præcipue tamen Præfecti Ecclesiæ agere possunt, *l. 1. §. fin. ff. d. tit. ut à fact. o desistat,* aut quod immissum fuit tollat *l. 1. ff. d. tit. l. 2. §. 19. ff. nequid in loc. sac. Ordinat. Ecclesiast. Artic. gen. 36. §. nach dem in pr.* quod tamen hodie non adeo frequens est, sed reus super inducta statim amovere jubetur, & si contumaciter non paruerit, re ipsa adhibito Magistratus & Patroni arbitriò tollitur.

§. V. ALTERUM est DE VI, quod vocatur restitutorium de recuperandâ possessione, daturque ei, qui de possessione subselliorum est dejectus *l. 12. ff. d. acqv. vel amittend. possess.* nec interest, an bene

nè

nè an malè possideat §. 6. *I. d. interd.* Contradecipientem *l. 1. §. 36. ff. d. vi. & vi arm: ubi Eckolt §. 5. & 9. ad hoc, ut plenarie restituatur l. 12. ff. d. Rei Vind. ubi Eckolt §. 12.*

§. VI. Tertium est interdictum *UTI POSSIDETIS*, quod dicitur prohibitorium, retinendæ Possessionis, duplex, seu mixtum §. 4. *Inst. d. Interd. l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. ff. uti possid.* quod datur possessori subselliorum *arg. l. fin: ff. uti possidet & l. 12. §. 1 ff. d. acquir vel. amittend. possess.* contra turbantes, & quovis modo impediētes possessionis usum *l. 3. §. 2. & seqq. ff. d. rit. ad hoc, ut possessio retineatur Salva d. §. 4. & adversarius à turbatione desistat L. un: C. uti possidet: & quod interest, solvat, d. l. 3. §. fin: Cautionemque de non amplius turbando in futurum præstet Eckolt ad rit. ff. uti possid.: §. 8.*

§. VII. CAUSÆ subselliorum tanquam Ecclesiasticæ non in foro seculari, *arg: l. nemo C. de jurisdic. sed JUDICIO ECCLESIASTICO* ventilari ac tractari debent *Carpz. lib. 3. def. Consist. 1. ita ob favorem Ecclesiæ pro summaris habentur Carpz. in Proces. tit. 1. Art. 1. n. 49. adeoque SUMMARIE de plano & sine omni strepitu ac figura judicii Ordinarii, sola veritate inspecta, pertractentur Ordinari: Ecclesiast. tit. und ben den Consistoriis c. 8. in pr. ibi nach dem bis anhero unsern Consistorien bräuchlich gewesen / daß zum theil mündlich / zum theil auch schriftlich / iedoch alles SUMMARIE ohne zulassung weiltläufftiger Dilatorien procediret worden / sollen unsere Consistorialien solchen Process nochmahls halten / und Fleiß haben &c. Sine in Tract. d. jur. Templ. cap. fin. n. 164. p. 310. non tamen ob id quisquam existimabit, confuse ac præcipitanter in summaris causis procedendum esse, sed prius partium jura probè examinentur, causa satis ventiletur, deque ea exactè cognoscatur, & ita est procedendum, ut sepositis juris civilis solemnitatibus, eæ nihilominus, quæ sunt Juris gentium, & circa processum ratione naturali nituntur, bene exacteque observentur *C. sepe in Clement: d. V. S.* Et licet in eodem solennis libelli Oblatio, litis Contestatio, Articulorum exhibitio, formalis probatio & reprobatio, dilationes legales tutò omittantur, non tamen brevis facti narratio, & qualis qualis Actoris petitio, Rei citati Responsio, Causæ Cognitio, & Demonstratio cum sententiâ vel interlocutoriâ, vel definitivâ nec non Leuteratio, Appellatio prætereunda veni-*

unt *Carpz. in Consistor. lib. 3. def. 19. n. 4. & seqq.* quare Citatio omitti haud debet *Zanger de Exception: cap. 2. part. 1. n. 10.* nec absque ea in Consistorio proceditur *Menoch Con: 24.6 n. 27.* cum sit basis ac fundamentum totius iudicii ac Processus §. *fin. Inst. d. poen: temer: litig: l. de unoquoque ff. de re judic: l. nam ita divus ff. d. Adopt.* ubi maximè CONTROVERTITUR, num Consistoria irrequisitò iudice seculari, Laicum ad forum suum citare queant? & negativam defendere cum *Carpz. lib. 3. def. Consist. 19.* Placet, ubi simul ex observantia & Ordin. Polit. d. anno 1612. tit. Consistorial *Eachen n. 6.* demonstrat, quod in requisitionalibus, verba *Citationis in subsidium;* rectè ex ratione omittantur *n. 29. & seqq.* Ulterius IN CONTENTIONIS ALEAM VOCATUR: an Actor pro lubitu causam subselliorum, invitò reo, ad ordinarium Processum trahere queat? cui sententiæ negativam adscribimus, cum causæ subselliorum, quod sint summaria, non tantum in actoris, sed & Rei favorem, sit introductum, ut citius à litis molestia liberaretur *arg. L. 1. ff. ad S. Clum Macedon.* Sin autem alicui DEMONSTRATIO ADJUDICETUR, quod sella ad petitorum, aut ejus Antecessores pertineat, optimè hoc probari poterit, scheda illa, quam Administrator redemptori sella exhibere solet, *Den löse Zeddel* aut si ista deperdita sit, ex matricula Ecclesiastica aus *Denen Kirchen-Büchern* plenarie doceri potest, sunt enim illa instrumenta & acta publica, quæ alias plenissimam merentur fidem *l. 2. C. d. edendo, Philip. lib. 1. Eclog. 47. n. 10.* nec diffessionem juratam admittunt *Decis. Elector. n. 20. ibi Et haben wir uns auch d. Decis. Elect. n. 74. verb. jedoch mit diesem Bescheid ubi D. Philipp. Observat. 2. Magnif. Dn. Schwendendorffer ad Fibig. p. 262.* Quod tamen dixerim si Controversia emergat de ipso subselliorum jure, non vero de consanguinitate, hæc enim tanquam difficiliori probationi exposita, de auditu quoq; alieno demonstrationem admitit *C. 47. X d. Testib. c. 5. XXXV. quest. 6. Farinac. d. probat. lib. 3. quest. 69. n. 62.*

§ VIII. Et quamvis Causæ Subselliorum in iudicio Ecclesiastico summariter & vicissitudinarie ventilentur, ob id tamen, jus possessionis nemini est auferendum, usque dum vindicans, in petitorio & processu summario, adversus ipsum victoriam litis obtinuit,

G

tinuit,



tinuit C. conquirenti X. d. Restit. spol. L. meminere C. unde vi l. 1. l. sua. C. si per vim vel alio modo in tantum, ut nec Princeps, aut Magistratus aliud jus sibi vindicare queat, cum ad privationem minime sit properandum *Carpz. lib. 2. def. 361. n. 8. & seqq.* contra turbantes & invadentes itaque processus inhibitorius decerni potest, quo Magistratus imploratus possessorem defendit, turbationemque sub certa poena inhibet l. 8. C. unde vi l. unic. C. ubi de possif. agi oport. *Carpz. d. loc. def. 342. n. 6. & 7.* Antequam tamen inhibitio procedit, prius Monitorium mittitur turbatori, ad hoc, ut Actorem liberet ab actione, & si quaedam respondere habeat, intra breve temporis spatium transmittat, *Magnif. d. Svendend. ad Fibig. p. 500. n. 2.* Si ad hoc Reus non pareat, mittitur ei ad implorationem turbati excitatorium, ut omnino actorem liberet, & absque ulteriori mora respondeat sub Comminatione inhibitionis *Magnif. Dn. Svendend. ad Fibig. d. l.* tandem sequitur inhibitio ipsa, & saepissime sine Clausula, qua simpliciter & absolute paritio injungitur, quae quandoque inserta poena pecuniaria turbanti per subsidium transmitti solet, prout rescripsit Consistorium Lipsiense in Sachen D. R. anno 1670. den 19. Octobr. præm. præm. Als begehren in Nahmen des Durchläuchtigsten Churfürsten wir hiermit an euch / ihr wollet nicht allein besagten N. N. daß er angelegtes Schloß alsobald wiederumb wegnehmen / und sich des libellirten Standes gänglich enthalten solle / bey Straff 20. fl. höchstgedachten unsern gnädigsten Herrn zu milden Sachen zu verbüssen auferlegen / und inhibiren / sondern auch den Kirchen Vorsteher klagenden Paryn Sohne angeregten Kirchen Standt zu S. Thomas gegen Erlegung der gebräuchlichen löfungs Gebühren zuzuschreiben / und den gewöhnlichen Zeddel darüber auszuantworten / andeuten. Neque talis inhibitio effectu suo destituitur, per Leutationem, vel Appellationem, nisi super inhibitione, lata fuerit sententia, quae suspendi poterit *Carpz. in Process. tit. 17. n. 24. laudat: magnif. Dn. Svendend. cit. loc. p. 504. n. 4.*

§. IX. Hæc itaque fuerunt, L. B. quæ brevitatis studio, de subselliis Templorum ventilare placuit, & quamvis plura adhuc dantur Disputationi huic annexu dignissima, attamen, cum nobis animus fuerit

fuert, Disputationem in quantum, instituti ratio permetteret, conscribendi perbreuem, non prolixum elaborandi Tractatum, hic merito acquiescimus. B. L. maximopere rogantes, velit serena fronte praemissa aspicere, dextereque de iis iudicare, Deo interim ter optimo, terque maximo pro Viribus & beneficiis hisce clementissime concessis sit.

Laus Honor & gloria,
Nunc & per Cuncta secula,

PROFIT honos, Gebharde, Tibi dulcissime Frater!
Dum Cathedram scandis, dogmata ore doces.
O Felix studium! O felix polydædala virtus!
Virtus & studium, quæ comitatur honos,
Nullum detrectatur onus, sit quamlibet herclè
Herculeum, modo onus concomitetur honos,
Laudo Tuum Studium, specimen, conamina laudo,
Et simul auspiciis, gratulor hisce Tuis;
Perge Tuis Studiis insistere, perge favere
Musis. Si pergis, præmia magna feres.

*Texturam vili filo & levi stylo contextam
transmittere voluit debuit*

M. Carolus Adamus Seyffartus,
Schol. Sang. ConR.

Errata, à B. L. ita emendentur.

pag. 2, lin. 13. leg. apposita. p. 3, §. 3. l. 7. l. foeminae p. 7. l. 11. l. Magnifici p. 7. l. 12. l. Senatorum. p. 8. §. 10. l. 23. l. in p. 9. l. 11. l. plebeja. p. 9. l. 14. l. referenda. p. 9. l. 18. l. quæ ead. pag. l. 33. l. probabiliter. p. 11. l. 27. l. necessariam. p. 11. §. 1. l. suppeditetur Occasio. p. 13. l. 11. l. libellirte. p. 14. l. 28. l. necessaria. p. 15. l. 3. l. subselliis. p. 15. l. 7. l. sentit. p. 16. §. 3. l. 10. l. proposuerunt. p. 19. l. 4. l. numero. p. 23. l. 4. l. precario. p. 23. l. 30. l. possessori. p. 24. l. 9. l. majorum ead. pag. l. 19. l. gaudent. ead. p. l. 23. l. sint, ead. p. §. 8. l. deficientibus. p. 28. l. 3. l. men. p. 29. §. 13. l. 7. l. præbet. p. 35. l. ult. l. accedente. p. 38. l. 7. l. tamen. p. 40. l. 24. l. concurrere.




ULB Halle
005 870 828


3



1077







1332.

1683, 7 a

MM

6 1/2

Annunte Divinò Numine
&

Consentiente Superiorum Ordine

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

SUBSELLIIS
TEMPLORUM,

Vulgo
von

Kirchen = Stühlen /

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI PHILIPPI,

Lipsiensis. J. U. D.

publico Eruditorum Examine

Sistit

Lipsiæ D. II. Novembr. M DC LXXXIII.

Geohard Maris Senffart /

Hal. Sax,

Autor & Respondens.

H. L. Q. C.

Literis JOHANNIS-GEORGI.